DOCTRINÆ SUBSTANTIARUM SIVE Naturæ apertæ.

PARS PRIOR.

GVILIELMO COCCO.

PERTHO EDINBURGENSI.

EDINBVRGI,
Excudebant *Thomas Brown*, & *Iohannes Swintoun*, Anno DOM. 1679.

BRITISH MUSEUM

Lectori.

EN Lector Naturam hucusq; obseratam; Divina jam gratia reseratam, in cujus priori parte quatuor extant tractatus quorum primo necessitas substantiarum immaterialium demonstratur, in secundo materia modis inauditis enarratur; in tertio lucis mysteria nunquam prius cognita relucent, in quarto qualia de spiritu eruntia sint ipse judicato: ex his fundamentis Naturæ phænomena dilucide patescunt: Corpuscularem Naturam Religionis hostem nobis obtruderunt; Naturam hic habes fidam Theologiæ pedissequam. Non Cramben repetitam in mensâ Philosophicâ proposito; si quisquam mortalium hæc prius orbi literario communicasset (apello fidem) nunquam ego ejus scripta recoquens pro meis in scenam produxissem. Nec ænigmata tenebricosa, nec superfluæ verborum ambages (quibus si usus fuissem in magnum volumen hoc opus excrevisset.) in his tractatibus te turbabunt; omnia succincte, & aperte prima fronte tibi se offerent. Theoriam tandem praxi refertam hic promitto.

Placuit Omnipotenti ora infantium Divinæ Laudis dulcisonâ organa concinnanti; me inter homines infimum ad Gloriam Suam in operibus Naturæ promulgandam eligere; quâ de causâ tu mecum gratias Deo agamus. Si te hæc grato animo accipere intellexero, tibi omnia Naturæ miracula, Deo favente posteriori parte superadditâ, & in theoriâ, & in praxi dabo: sin hic labor minus tibi arriserit, importunitati meæ præsenti ignoscas quaso, & in posterum me nunquam his amœnitatibus patientiam tuam lacessiturum sancte recipio, te interim in Christo valere jubeo.

GUILIELMUS COCCUS

Pertho Edinburgensis.

Errata Præcipua.

Lector antequam lectionem hujus operis aggrissus fueris hæc corrige.

Paulo ante finem Capitis 5. Tractatus secundi, in quarto Digbii principio post inequitare, hæc addantur, ne miseræ particulæ ab istis desultoriis bucephalis excutiantur, earumq; ossula lapsu confringantur.

In c. 10. ejusdem Tractatus, pro tenebræ lege tenebras; & in 18. l. post literam D. pro ab aere, lege, à materia subtili.

In c. 4. Tractatus 3. in sectione literæ C. tribus lineis ante diagramma reflexionis immediate post, *æquales*, adde ergo angulus incidentiæ A. G. B. est æqualis angulo reflectionis F. G. E. quia sunt dimidii verticalium, A. G. C. & F. G. D.

Sectio B. c. 4. Tractatus 3. de extensione lucis explicatior habetur infine 17. c. ejusdem Tractatus. Mendas literales Latine linguæ peritus facile emendabit.

TRACTATUS PRIMUS.

DOCTRINÆ SUBSTANTIARUM SIVE Naturæ apertæ.

CAPUT PRIMUM.

ENtia omnia in unum congregare nuncupantur mundus qui sydera tum fixa, tum erratica, & eorum æthereos campos, & terras, & maria, & aera, singulorumq; incolas in cumulo continet; qui etiam spatio sex dierum olim virtute verbi Omnipotentis (*fiat*) arte Divina ex quâ materiâ præ existente Gloriose fabrefactus fuit.

Tunc de singulis creatis immutabili lege statutum

tutum est: quæ lex per sæcula Naturæ nomen habet, unde doctrina naturæ appellationem naturalis Philosophiæ sortitur. Naturæ definitio sic se habet: est immutabilis lex a Creatore creaturis indita, ut (lux splendet lux nunquam tenebras ex se immediate effundit) materia ex se est tenebrosa gravia descendunt, & levia Acendunt, &c.

2. Aristoteles paulo aliter Naturam definire videtur: cum ait naturam esse principium motus, & quietis in eo in quo in est primum, & per se, & non ex accidenti. Ille formas rerum naturalium, earumque privationes in materiâ debitâ præcipue respexisse, videmur; at nimis arcta est, nam Physici secundum hanc definitionem perperam ab illis intellectam, descensum gravium negant esse motum naturalem quia, ramsam descensus non incrinsecam in ipsis gravibus esse volunt, sed exciscam autumant cum revera tam naturaliter gravia descendant, quam pisces ad aquas si in sicco littore ponantur, pro viribus festinant. Natura tamen priori modo definita naturæ angelicæ, humanæ, brutali, plantali, minerali & omnibus Creatis & concreatis imo ipsis accidentibus convenit; nam natura rectæ à natura curvæ lineæ discrepat, in communi competit. Cum de natura Dei sermo sit, sive essentia, sive proprietates Divinæ respiciantur Ipse Deus intelligitur.

3. Cum naturas substantiarum aggredimur omnem substantiam creatam triplicem esse asserimus (n) Spiritum, lucem, & materiam, & ne-

nihil esse substantiæ in toto creaturarum orbe quod non ad unam aut alteram harum referatur. Si angelos contemplemur, illi sunt Spiritus lucem incolentes & luce vestiti: si homines dum terras deambulant, illi etiam spiritus lucem induti materiam suorum corporum ad rationis leges moderantur. Si animalia inferiora, stirpes & minerala contuemur, hæc etiam sunt spiritus inferiorum graduum luce sua amicti sua corpora informantes.

Spiritus est harum trium substantiarum suprema; *est vis* substantialis reliquis substantiis imperans, & omnium Entium perceptiva.

Lux est substantiarum media à spiritu motæ, & movens materiam, splendida, & calida.

Materia est substantiarum infima a spiritu & luce mobilis, frigida, & tenebrosa.

Tota universi moles ex hac triplici substantia concinnatur. Ipsa terræ viscera luce, & spiritu gaudent ignes Ætnæi, calor subterraneus, nidorosæ silicum scintillæ, & sulphurum flammæ lucem illic hospitari testantur: & obedientia quam tellus aspectibus, & nutibus planetarum exhibet, terram etiam animatam esse demonstrat.

CAP. II.

Quidam veterum & plurimi neotericorum Philosophorum nihil in hoc mundo spectabili præter materiam inesse pro viribus contendunt. Materiam in particulas dissi-

cant quæ diversimodis concursibus se mutuo impellentes omnia speciosæ naturæ phænomena absq; ulla spirituum aut virium immaterialium ope exhibent. Atq; hi particulistæ vel corpusculares inter se irreconciliabiles (ut de Bonea & Noto ventis perhibetur tanta est discordia fratrum) si pro recta rationis semita ; horum vestigia premenda sunt, per devia & labyrinthos opinionum monstra consectando non sine sudore errandum est.

Aliter Democritus, aliter Epicurus, aliter eorum sectatores, *Digbius*, *Cartesius*, & *Gassendus* particulas enarrant, & omnes aliter quam veritus dictitat.

Corpuscularium petulantiores nullum prorsus spiritum agnoscunt, ii in tamen sobrietatem magis præ se ferentes, Deum angelos & animas humanas excipiunt, eos omnes verbo tenus *Cartesius* profitetur *i.* ex tota nihilominus (anima humana excepta) visibili mundi machina eos penitus exterminat; adeoq; in hoc idem cum cæteris opinatur. *Psalm.* 14. 1.

Animas reliquorum animantium, formas vegetabilium & mineralium esse meras materiæ modificationes, nullum præterea, immateriale in rerum natura existere formas substantiales nullas nisi quæ (animas humanas se excipere fingunt) ex solius materiæ *i.* particularum vario situ, figura, & motu nascuntur.

Deo dante ego contra : spiritus humana anima inferiores, antipatheias sympatheias, virtu-

tes

immaterciales anti-pricistases in orbis theatro passim haberi assero.

Corpusculares contexturam Filamentorum carnis & aliorum corporum pro concursu particularum accersunt. Advertant tamen isti telam carnis luce & spiritu interno fieri, meatus sibi in corpore per quos commode transpiret efformante,

Particulæ aeris orbem pervolantes in hortorum & *Sylvarum* fragrantiis, tantum absunt ut ex illis horti vel sylvæ concrescant, ut ni prius sylvæ & horti nascirentur illi odores ab odoratis arboribus & herbis expirati in rerum naturâ nunquam existerent.

Sed hoc obiter. Propositum est mihi priusquam rem *i.* plures substantias quam materiam visibili rerum orbi inesse demonstra vero, præcipuas corpuscularium hypotheses paucis prælebare: & primo Epicuri atomos Christo duce ventilemus. *B.* Hic Philosophus materialis omnia ex atomis fieri arbitrabatur. Primas enim & minimas quibus minores esse non possunt, ergo & indivisibiles corporum particulas asserebat. Inter has insuper ponebat numeroasas vacuitates, atq; ex atomorum fortuito concursu & inanitatum contextura totum hunc mundum, & res mundanas instar cribri coaluisse, & nihil in toto orbe præter atomos, & vacuitates habitare: & nullam vitam præter hanc caducam præsentis sæculi hominibus expectandam. Hunc virum egregium *Gassendus* secutus est.

Con-

Contra cujus assertiones hoc triplex argumentum militat primo. Merum nihil (nam Epicuri vacuitas est ipsum nihil) existentiam haberet, quod repugnat entis aut existentis definitioni: nam quod aliis existentiam largitur id ipsum necessario existit: at secundum Epicuræos merum nihil cunctis corporibus existentiam dat; ergo merum nihil existentiam habet; adeoq; ens & nullum ens, idem sunt: nam ens est quod essentiam vel existentiam habet: Nihil vero nullam habet essentiam aut existentiam.

Secundo: Nihil esset validius ente: nam hæ inanitates agunt in atomos, eos scilicet seperando: nam viribus vacuitatum fit ut atomi penitus uniri nequeant, hæ inaninates inter cedunt & atomos in unum continuum corpus conflari prohibent.

Tertio. Merum nihil est ipso ente longe nobilius: quo magis corpus vocuitatibus refertum est, & ad ipsum nihil propius accedit, eo subtilius & nobilius est. Unde sequitur aurum (quod omnium calculis inter corpora nobilissima jure censetur) secundum Epicuræos quia compactius est aliis, & paucioribus præditum inanitatibus, omnium corporum ignobilissimum esse.

C. Quodad fortuitum atomorum concursum, digna equidem Epicuro sententia, nichil non in toto orbe huic Chimæræ reclamat. Horarium omnes horologii rotas, et omnium rotarum singu-

singulos dentes debito numero, figura, pondere, ordine digerere novit. Quantus erit ille artifex qui totam mundi machinam, et omnes orbem incolentes fabros quantumvis peritissimos, Glorioſe concinnavit? Si ex fortuito confluxu atomorum et macrocosmus, & microcosmus, conditi sunt præ qnibus summi, gradus ingeniosissima artificia tanqnam informes et rudes quisquiliæ fordescunt, quam prndentes & sapientes sunt atomi! Magnificentissimum Universi systema et specioſlima corporis humani structura, ubi cuncta Divinam artem, & Sapientiam personant. confusos, et casnales particularum concursus in rerum productione abnnde refutant. Consule anatomiam ubi singula membra, singulæ venæ, singulæ arteriæ singnli nervi infinitam Creatoris prudenciam resonant. Consule Geographiam, consule astronomiam, & hæc non fortuito res caducas ire monent per inane lapsu: et cur non hodie ex atomalibus coufluxibus homines conglutinantur?

Psal. 19

Insanientis gens sapientiæ
Addicta mentem erroribus impiis,
Tot luce flamarum coruscum.
Cerne oculis animoq; cælum

Hinc disce prudens quem fuit artifex

Qui

Qui templa Olimpi fornice flammeo,
Suspendit & terræ capacem,
Et Pelagi sinuavit arcum.

CAPUT. 3.

A. Alii opinantur mundum, esse farraginem omnimodarum particularum ut Ovidius in principio metamorpholios de Chao modulatur.

Molliacum duris sine pondere habentia pondus,

i. Ex corpusculis frigidis calidis humidis siccis, *D*uris, *M*ollibus, lapidies metallicis, rosaceis, Pomeis Pyreis ; aureis, argendeis, oleosis &c. ignem aquam, terram, oleum aurum, argentum, rosas, poma, pyra, &c. Origines suas traxisse, & trahere : & has particulas pro seminibus rerum accipiunt, has etiam particulas esse in infinitum secabiles, vel non, & omnes harum copias a calidis sive igneis commoveri, et ut lapis lapidem cum projicitur e loco pellit, ita unam particulam ab alia dimoveri :

B. Huic opinioni particulariter obviam itur sic. Si arbor ex arboreis particulis ex surgeret, aut rosa ex rosaceis enasceretur, tunc aqua omnifarias rerum Particulas in gremio suo contineret, exempli gratia dolium aquæ ex una parte rosaceis, ex altera querneis, ex tertia cerasceis, ex quarta pruneis, ex quinta pomiis &c, in cumulo fæcundaretur ; deinde

ſipomus in hoc dolio inſeratur ſolæ pomeæ particulæ in hujus arboris alimentum cederent; quia ſecundum hos pomus non ex roſaceis, pruneis, querneis corpuſculis concreſcit; at experientia teſte tota aqua fere in hujus arboris nutrimentum abit; ergo tota fere aqua ex pomeis particulis conſtitit aut pomus ex roroſaceis etiam et querneis particulit excrevis quorum utrunque eſt contra hypotheſin.

Hoc dogma cum fratribus, eliminabitur etiam cum plures ſubſtantias quam ſolam materiam ad rerum ortus concurrere probabitur.

CAPUT. 4.

TErtia hypoſteſis eſt rerum qui totam mundi maſſam in principio (ſi principium creationis revera crediderunt) in particulas in infinitum ſecabiles confractam fuiſſe perhibent, hiſque paticulis motum a Creatore inditum fuiſſe, unde ex mutua particularum ſe invicem moventium confrictione globulos ortos eſſe quorum ſcobs frictionibus abraſa verſa eſt in ſubtilem materiam quæ ſit lux mundi; adæquate omnes vacuitates quæ intercedunt inter globulos complet, & vacuum eſſe prorſus impoſſibile ipſa Omnipotentia (mens mea horret tam diram blaſphemiam) vacuum introducere nequit; ſi aliquot corpuſcula annihilaret, eadem neceſſario ſtatim ſarcienda eſſent ut. Neque ſpatium aut locum dari extra mundum (huno

mundum

mundum esse infinitum; quia si finitus esset extima et ultima mundi superficies extra quam non datur alia necesse in spatio immateriali, moveretur; at hoc neutiquam concedunt, idcirco oportet materiam esse extra materiam (et sic in infinitum) et, materiæ trinam dimensionem esse materiæ locum intra hujus mundi ambitum et omnem spiritum ex hoc mundo materiali proscribunt i, reipsa omnino negant, et ubi quæso Deum Infinitum esse volunt, quem cum sit spiritus ex toto hoc materiali mundo excludunt? Omnes formas substantiales damnant, animam sensitivam esse duntaxat motum corpusculorum cerebri, a particulis extrinsece confluentibus impulsorum: unde bruta concludunt esse mera automata instar horologii machinalis sese moventis, aut tripodum in Homero, sese agitantium et nullum spiritum incorporatum præter animam humanam dari, ore tenus scilicet animam humanam spiritus nomine insigniunt; at quis non videat cum tanta sit conformitas animæ humanæ et quarundam animarum brutalium *v.g.* simiæ, elephantis, et aliorum eos sibi subintelligere et intus canere, animas humanas etiam esse tantummodo motum corpusculorum cerebri a particulis extrinsece confluentibus impulsorum et mirum est quantum hæ næniæ apud incautos invaluere et præcipue flagitiosos, qui in votis nullam aliam quam hanc caducam vitam habent, ut nulla ratio scelerum

post

poſt corporis mortem tum iis ineatur Hæc neſanda & nefaria dogmata nominaſſe ſat eſt confutaſſe. Hæc eſt Carteſii Phalerata Philoſopha quæ præ aliis apud indoctos et atheos hodie obtinuit.

CAP. V.

NUnc tempeſtivum eſt rem ipſam aggredi & oſtendere aliquid amplius orbis fabricæ ineſſe quam ſolam materiam, ut homo intelligat Deum infinitum & angelos adeſſe teſtes omnium quæ in abditiſſimis mundi latebris geruntur actionum, & poſt corporis in morte diſſolutionem præcipuam hominis ſubſtantiam poſt funera ſuperſtitem eſſe, & vitâ immortalitatis deinceps in avum frui.

Et Primo aio ſydereum influxum (primarium naturæ inſtrumentum) immaterialem; ex materia enim non fit, quia ſolis planetarum aſpectibus conſtat. Planetæ à primo ſæculorum exordio in hunc uſq; diem ſulſere nec uno horulæ minuto unquam ab officio ceſſaruut: non tamen tota hujus temporis intercapedine, nix, grando, pluria aut ſulmen ſæviebant, hujuſmodi meteora tunc tantim procellis aera complent cum planetæ ſe mutuoſpiciunt, id eſt, certo graduum numero à ſe invicem a diſtant. At inter aſpiciendum nihil plus materiæ ſuper additur quam cum nullus fuit aſpectus. Mare interim ſum novilimo & plenilumo plus ſolito fluctuat, litora cooperiens undis & planeta abſq; ullo

novo

novo materiæ aut particularum additamento aquas huc & illuc tunc exagitant, ac si oceanum instrumentis & machinis ductitarent; & naves quæ aliquot diebus ante elapsis immotæ in sico littore stabant magnis lunationibus in portu navigant. Sub magnis etiam magnorum planetarum aspectibus mare non secus ac in conjunctionibus & oppositionibus luminarium longe latiq; inundat: verbi gratia in oppositione saturni in leonæ, & jovis in aquario absq; flabris ventorum (tametsi aliquot diebus præcedentibus impetuosissimus Africus aquas & aera tumultibus laniasset) undæ supra consuetum (piscatoribus id stupentibus & inter prodigia recensentibus) intumescere egomet observavi. Quis nescit humores cerebri ad novam lunam & plenam lunam flebili lunaticorum indicio perturbari? Imo medicos non latet quomodo crises ad lunæ quadratos & oppositos aspectus se habeant.

8. Hoc etiam addo vegetabilia luna crescente humorem laxiorem & largiorem præbere: quod quibusdam chemicis ignotum non est, cum alembicorum ope ex floribus, foliis, & radicibus herbarum luna crescente lectis majorem liquoris copiam exugunt quam ex illis quæ luna decrescente colliguntur; ergo planetæ suis radiis immaterialibus magna naturæ opera perficiunt. Libellus cui titulus *Meteorologia* lingua Anglicana *Londini* à me Editus *Anno Salutis* 1671 quem in hoc opere latinè reddam hoc argumentum

fusius

declarat. Et ut colophonem huic argumento addam. Planetæ longe absunt a terra, ut Jupiter tot myriadibus milliarium distans materialiter terram attingere nequeat, et tam longe & sæpe longius ab alio planeta quem aspicit teste astronomia optica distat: Et quamvis semper luceat nec cum propius adest aut longius abest a planeta quem aspicit; meteora exitet, nisi in ipso gradu aspectuali; id est nec cum septuaginta gradibus, aut quinquaginta gradibus abest ab alio planeta; sed cum præcise sexaginta gradibus distat in sextili aspectu operatur, & sic de aliis aspectibus: unde nihil affinitatis cum materia aspectus planetarius habet.

CAP. VI.

A. SEcundum argumentum à radiis magneticis affertur, qui planè sunt immateriales. *Cartesius* nititur materialem rationem attractionis ferri à magnete ostendere à striatis particulis ex magnete effluentibus ait ferrum prehendi, & ad magnetem adduci. Profecto particulæ effluentes è magnete ferrum potius amoverent à magnete quam ad ipsum admoverent: & demus eas ad magnetem redire, & secum una ferrum pellicere, omnis tamen materia quæ aliam movendo attollit, aut pondere, ut fieri solet in bilance & trutina, aut impetuositate sensibili, ut in machinis bellicis,

& pyrio pulvere accenſo qui montes quandoque divellit; at nec pondus ſenſibile, quamvis adeſſent complures miliones particularum ſtriatarum; nec impetus ſenſibilis, teſte tactus indicio, illis ineſt. Hoc etiam addo quod magnes vitro vel Chriſtallo limpidiſſimo inclnſus pauciſſimis imo vel nullis pateat (Chymiæ experientiâ comprobante, ubi vitra pellucida adhibentur ne ſubtilitates materiæ vitris incluſæ per poros effugiant) ubi effluxns particularum ſtriatarum impeditur, ad ſe etiam ferrum quod extra vitrum ponitur vi immateriali pelliciat.

8. Operatio magnetica mirabilia patrat inpulvere vel aqua ſympathetica ad diſtantiam non exiguam; ſed multo magis in unguento *Teli* radius magneticus ad mille leucas, & ultra, ſe extendit: unguentum illud medetur vulneri quod multa miliaria ab unguento diſtat. Hiſtoria etiam naſi ex brachio Germanico, & faciei Italicæ (cujus proprius naſus amputatus erat) inpoſiti apud Helmontium celebratur: cum ille ex cujus brachio naſus exſectus erat in Germania more retur, naſus etiam qui illuc uſq; cum reliquo Itali corpore convivebat in Italia ſtatim defecit. Caveant ſibi qui ſanguinem tranſfuſum ex alieno corpore in ſuas venas recipiunt; non defuit calidus ſanguis in illius Itali corpore qui naſum illum foveret; ſed naſus ille deſtitutus erat radio vitali promananti magnetice ex lampade vitæ Germani, cum extincta fuit lampas.

Si hi radii ex particulis materialibus conflati fuissent, facile in tanto itinere a Germania in Italiam vento aut aeris agitatione jactarentur, & a scopo & meta ad quam colineabant imbelles particulæ diverbererentur, & hic particularum manipulus ab aliis particulis quæ turmatim, ex araneis, busonibus, serpentibus, basiliscis, cicutis, aconitis, napellis in itenere obviantibus retro misere fugarentur: Et quia huic manipulo per terræ cavernas viæ compendium quærendum est, sequeretur (quia natura cum licet brevissimis utitur lineis) per aquas, & maria, & ignes subteraneos Ætneos qui corpuscula exurerent &, per Oceani profunda peregrinandum per devia, & avia iter carpendum, quod Geographorum peritissimos non raro redderet incertos; at hæ particulæ per regiones, per oppida per domos, & cubicula nunquam prius sibi tentata tam expiditè quam coquus aut mercator forum petit, & multo longius quam apes ex alveariis progredi audent, & cum ipso primo mobili (ejus motu suppositio) de celeritate contendere non dubitant; nom uno & eodem instante aliquot millena milliaria pervolant.

CAP. VII.

TErtium argumentum aliquod immateriale in mundo pectabili dari, amotu deducitur. otus enim qui materiæ in est, non a Materia de-

pendet: nâm luce a corporibus separatâ nullus motus in materia relinquitur. Ipsa cadavera sub gelu Gronlandico aut Muscovitico diu manent incorrupta: quo reliquiis lucis interioris fruuntur) exitum sibi e cadavere molientes (ut fit in cadaverum putrefactione) frigore intenso impeditæ sileſcunt, ergo luce quiescente materia à motu in munis est. Quod etiam evidenter patet in dolio vini congelati (cujus specimen Batavi habuere cum navigationem sub polo Arctico tentarent) ubi lucis proximum vehiculum aeris rigorem fugiens sub specie spiritus vini Chemice extracti in meditullium dolii reliquo vini corpore congeriato se recepit: aquosa pars vini frigoris tyrannide velut compedibus constricta a luce derelicta congelata, & immota manſit.

B. Deinde sequidem motus est modus vel accidens & non substantia, & omnis modus a substantia dependet: Ergo motus si sic materiæ modus a materia dependet: siq; non a materia dependet ab alia substantia certe dependet, ab aliâ substantia hujus mundi quæ non est materia, quæ tamen materiam & corpora movet. Motum autem non a materia dependere sic patet. Quicquid materiæ dominatur, illud est diversum a materia; at motus vel saltem illa substantia aqua motus emanat, materiæ dominatur; ergo motrix illa substantia est superior materiâ, ergo a materia differt, & quia dominatur, non ab ea dependet. Neq; dixeris hanc mo-

motricem ſubſtantiam eſſe Deum: nam Deus non immediate agit materiam; ſed mediate, quia multos ſubordinatos motores ſubſe creavit, qui Gloriam Dei enarrarent, quales ſut ſpiritus, angeli, animæ rationales, anima mundi, animæ ſenſitivæ, animæ vegetativæ, formæ minerales, lux, &c. quæ numeroſas motuum differentias edunt, ut ex vigniti quatuor literis alphabeti tot diverſa vocabula oriuntur quæ ſi libris inſererentur, bibliothecam qualibit, antiquæ Romæ, aut Alexandriæ majorem repelerent. Quoſdam matemotores ſpagirici pro arbitratu varie tractant: at humans potentia Deum ita tractare nequit.

CAPUT. VIII.

A. QUartum argumentum quoddam immateriale orbi huic viſibili ineſſe a luce quæ per totum mundum diffuſa eſt clare ſe offert: nam lux non eſt materia pront his argumentis probatur. Lux poteſt dilatari, & contrahi, & ſuas dimenſiones penetrare: Materia non poteſt ſuas dimenſiones penetrare. Omnes lucis radii poſſunt in unico centri puncto concurrere. Ergo lux non eſt materia. Major propoſitio ſic probatur, Ducatur circulus, in cujus uno ſemicirculo pinnullæ quædam albæ, quædam nigræ, quædam viridis, quædam violaceæ, quædam flavæ ordine deſponantur: in altero & oppoſito ſemicirculo totidem ſpeculæ

his pinnullis colore differentibus ex adverſo obtendantur; omnium pinnullarum radii in centro ſe mutuo interſecantes ſpeculis oppoſitis reflectuntur. Vel ſi pro pinnullis faculæ ardentes collocentur (cujus radii extra controverſiam ſunt lucis radii) omnium radii in uno centri puncto concurrent.

A. B. C. D. E. ſint pinnulæ. *F. G. H. I. K.* ſint ſpecula oppoſita. *L.* ſit centrum. Pro his quinq; poſſunt mille opponi.



Minor ſic oſtenditur. Circulum quemlibet ligneum in radios ligneos diſſecato. Omnes hujus circuli radii non poſſunt in unico hujus centri puncto concurrere; quia tunc peripheria, & partes cuculi peripheriæ adjacentes contrahentur in punctum; nam quodlibet peripheriæ punctum a quodam radio occupatur, Ergo ſi ſint 360. puncta radiorum peripheriæ omnia in unum centri punctum contrahentur. Quod neutiquam fiet; nam pauci horum radio-

rum

um ad centrum pervenient plæriſq; eorum iter obſtrnetur.

Secundo lux penetrat dimenſiones materiæ; at materia non penetrat ſuas dimenſiones; ergo lux non eſt materia. Eſto Phiala aquæ plena ſolis jubari impoſita, tota etiam ſplendore ſolis replebitur. Tota hæc phiala liquido aquæ corpore occnpara (quia ſecundum Carteſium non datur vacuum) hæc aqua Phialam replens nullam aliam materiam ſe præſente admittit; quia daretur penetratio dimenſionum; at aqua phialam replens ſplendorem ſolis, vel lucem non excludit; ergo lux nnn eſt materia. Epicuri vacuitates hactenus obſtructæ, et refutatæ ſunt.

C. Tertio, lux nequit inſtrnmentis materialibus aut ullis materiæ viribus, diſcerpi; materia vero machinis materialibus minutatim poteſt diſtrahi: â luce etiam, et ſpiritu divellitur; ergo *&c.*

D. Quarto, lux principium motivum in ſe habet; ac materia in ſe tale principium non habet; eſt nempe pure mobilis; ergo *&c*

E Quinto, lux percipit, et rerum ſpecies abſtrahit; at materia non abſtrahit rernm apparentias, ergo.

F. Sexto, lux ſplendida; materia tenebroſa eſt; ergo. *&c.*

G. Septimo, lux eſt calida; Materia in ſe eſt frigida; ergo *&c.*

H Octavo, lux ſphærice in omnes regiones ſimul, & ſemel ſe diffundit; materia autem in

unicam regionem simul & semel movetur hæc. in tractatu lucis clarius explicabuntur.

CAP. IX

4. QUintum, argumentum á forma substantiali sumitur; materiales philosophi pro forma substantiali materiam modificatam obtrudunt, id est modos materiæ, nempe figuram, situm et motum particularum, quibusdam particulis motum insitum esse aiunt, & particulas alias ab his pelli; ut globus á globo missili percussus movetur. Motum deinde operari secundum figuram corporis quæ ex vario particularum situ constituitur, et ex singularum figuris harmonice concinnatur. Pondera horologii deorsum tendunt, et motu suo omnes mathinæ rotas circumagunt; figuræ vero singularum rotarum rotundæ motum circularem præbent; dentata rotarum figura motum dat congruum, qua motus rotæ circumactæ ad normam rotæ circumagentis agitur, numerus dentium vel magnitudo rotarum longiorem; vel breviorem motum exhibet: situs rotarum mutuus unam rotam alterá velociorem; aut tardiorem efficit: unde motus habetur proportionalis ad determinandas circuli horarii mensuras indicis revolutione oculis, et multiplici tintinabuli pulsu auribus temporis elapsi signum dat. Si pomum ex sublimi decidat in duros silices, et latus pomi percussum

lædatur, et situs, & figura partium intra cutem sensibiliter alteratur, post paucos dies illa pars colore, et sapore á reliquis differet. Eodem modo ab impulsu particularum extrinsecus advolantium tanquam pondcrum horologia cerebrorum ordinatè, et proportionaliter moventur, & motum nervis communicant; unde bruta ambulant, currunt volant, voces edunt &c: ex particulis á lepore decidentibus, & terram odore suo perfundentibus, & cerebrum canis venatici ferientibus, canis ad leporis vestigia premenda, & ipsum leporem capiendum excitatur.

8. Liceat super his paululum commentari: & primo si modificatio esset forma materiæ modis materiæ mutatis mutaretur etiam ejus forma, & penitus periret: ita piper cum in mortario in pulverem fere impalpabilem contunditur, plane ordinem, et figuram particularum suarum mutat; at odor, sapor, & vis piperis remanet. Cum plumbum etiam arte spagirica subtiliatur, tunc enim cerre & ordo, & situs, & color, & sapor plumbi mutantur; at forma plumbi si esset ex figura, situ, & motu particularum conflata, jam periret: calcinati si plumbum quamvis figuram, situm (&quod secundum corpusculares indubium formæ mutatæ indicium est) & colorem; & saporem mutaverit; formam tamen adhuc retinet, eadem vires in morbis tollendis quas plumbum crudum tenet: arthritidi calidæ, & cancro æque

ac

ac plumbum crudum resistit. Pomum in mortario vel mola tritum in aquam fere totum abit; tum certe numerus, figura & particularum situs mutantur, & non solum color mutatur corpus pomi jam fluit, & liquidum est; eadem vires retinet quibus ante præditum fuit; ergo forma manet.

C. Clarius hoc patet in absynthio; vel quolibet vegetabili calcinato, ut inde sal extrahatur: sal istud colorem, odorem, figuram, imo sæpe saporem amisit; forma tamen manet: cum sal illud pro semine in hortis seritur, novum absynthium; aut herbam illam cujus sal fuit, omni modo completam producit; ergo forma ex modis materiæ non fit.

D. Huc spectat etiam illud exemplum ab Helmontio relatum: porcorum scilicet qui sub monte Vesuvio squillis vescuntur; hæ certe squillæ cum in alimentum porcorum cedunt, & omnes situs et figuras, in stomacho suis mutarunt, illa tamen porcina elixa, vel tosta squillam sapit.

E. Secundo si forma ex his modis fieret, diversæ figuræ, & situs diversas formas producerent; ergo in brassica alia esset forma radicis, alia foliorum, tertia seminis, cum diversis gaudeant figuris; at eadem est vis horum omnium per totam herbam, brassicæ proprietas (& proprietas fluit à forma) est vini fumo resistere, & ebrietatem retundere.

F. Tertio illud ingeniosum Chemiæ inventum

tum ubi ſpectrum herbæ; aut floris, putâ roſæ, ex flore vel herba philoſophice tractata velut novus phœnix ex cineribus parentis ſui, prioris plantæ craſſitie, & impuritatibus exutis, eſſlore modico exteriori inſcitatur, & nuda in genuinis ſuis coloribus, & lineamentis ſe in phiala vitrea conſpiciendam dat; huic corpuſcularium formæ refragatur ſi portio hujus herbæ philoſophicæ in decem æquales portiunculas dividatur, quælibet harum completum totius herbæ formam ſpectandam præbebit: ut ſi ramus, vel radix ſola, vel truncus ſolus, vel fructus ſolus ſive reliquis partibus plantæ Hermetice tractetur, integræ plantæ ſigillatim oſtendit. Unde clarè patet totam plantæ formam in toto plantæ corpore latere; at ſecundum corpuſculares forma totius plantæ ex omnium particularum mutuo ſitu reſultat; ergo integra forma nequit ex una herbæ portiuncula erui, nec forma radicis aut ramorum ex forma trunci extrahitur: hinc clare concluditur formam non ex particularum mutuo ſitu componi.

G. Quarto formæ minerales, & vegetabiles extra corpora ſua operantur, teſte pulvere ſympathetico, & magneto teſte; at ejuſmodi particularum figuræ, & ſitus, & conſequenter formæ mutarentur à particulis occurrentibus, præcipue contrariis ut; ſupra in argumento magnetico monitum.

H. Quinto quia motus iſte quem magnum formæ ſuæ partem eſſe volunt, inherente ſubſtan-

tia

dependet, quæ formæ vicem subit.

I. Sexto opus est idæa directrice ad figuram herbæ, aut arboris concinnandam, quæ plurimum à figuris suorum seminum discrepant.

K. Septimo opus est vi multiplicativa seminis nam semen cum adolescit in arborem, mutationem metamorphosibus Ovidianis parem experitur; nam in figuram arboream nullo modo affinem figuræ pristinæ seminis alteratur. Figura ex se, figuram sibi similem parit: ut sigillum suam figuram cereæ imprimit (ex se dicitur; quia figura cultelli per ideam in mente artificis putâ ligurii, quamlibet figuram effingere potest) ergo figura seminis non suppeditat figuram arboream: nec arboris figura ministrat figuram seminis, multo minus multiplicat.

L. Octavo opus est formâ influxibus sideteis correspondente, ut supra in argumento á syderum influxu ostensum est.

M. Nono, opus est ad animalium formas pluribus quam numero, motu, situ, figura, materia (quæ nihil ultra se nempe materiam, figurationem, & situm materiæ concribuunt) ad munia animalia obeunda desiderantur vero directrix, & motuum vis determinatrix, item motus spontaneus, et liber, imaginatio apprehensiva, memoria docibilitas ad imitandam, comparatio, discursus, syllogismus, & prout necessitas postulat facultas inventiva, affectus etiam benevolentiæ, odii, & timoris. Omnia hæc formæ animali conveniunt, at hæc non à

materia modificata fluunt; ergo materia modificata non animalium forma est. Major per partes probabitur, minor est per se manifesta; & ex veris præmissis vera sequitur conclusio.

N. Pro vi directrice, & motu libero esto automa musicum affabrefactum quo integrum cantum ope pinnarum rite dispositarum modulari poterit: si hoc organum misties se pulset, & se moveat, & toties dulcisonos suos modulos ediderit, idem modulamen absq; mutatione semper dabit, quia hoc inanime instrumentum quamdiu pinnulæ situm non permutaverint, nullos alios modulos habet quos insonet: quilibet tamen musicus pro arbitrio suo pinnolas organi transferendo mille species modulaminum eodem automate personare quibit: opus est ergo directione liberâ animabus brutorum, ut bruta ad omnifarios motus libere se accomodent. *Cartesius* ait spiritum esse substantiam cogitantem, & animæ humanæ; non brutali cogitationem competere, bruta esse tantum automata inanima; jam si motus brutorum esset machinalis, non esset liber, sed unica motus specie polleret, multo aliter se res habet cum omnifarios motus bruta calleant.

N. Imaginatio etiam apprehensiva necesse brutis, etiam concedenda est, quæ tamen nequaquam machinæ competit; si canis esset inanimis machina, res suas ad modos rationales non apprehenderet: Ista bellua instar Davi, aut Syri heri nutum cognoscit, & agnoscit sive ad latrandum, sive

ad

ad currendum abigendum insequendum, venandum, odoratu inverstigandum, mordendum, pugnandum, projecta referendum, amissa recuperandum, erectis pedibus standum aut saltandum, conquiescendum imperetur, si solummodo machina esset nontam promte samularetur. Bruta quoddammodo intelligunt, & docilitatem noncontemnendam præse ferunt, & imitari non secus acayrones sub ferula magistri, psitacus, picus, monedula, sturnus voces articulatas reddere discunt, & dum pronuntiare *Chaire* noctu erudiuntur, voces quas audiunt, imaginantur easq; mamoriæ mandant, & interdiu repetunt, & pronutiant, & cum hæc agunt nonne cogitant? canis somniat se interdum hospiti oblatrare, aut leporem insequi, apertis indiciis cogitata litteram caninam ingeminando inter dormiendum prodit; ergo imaginatio, & cogitatio & inter dormiendum, & vigilandum in brutis viget.

O Qui dicunt homines solos cogitare, respondeant, quid famelica vulpes, nonne preædam & cibum cogitat? Cum milites quidam suffurati essent alterum duorum pullorum quiab ovo unâ educati essent, & uná quotidie pabulum quærerent, in quibusdam ædibus ubi ego tunc temporis diversabar alter superstes socium amissum querula voce non secus ac homo familiarem suum defunctum, & imprimis dilectum lugebat: numne tunc pullus socium cogitabat? nun-

Num pſittacus penſa ſibi mandata, & eloquenda cogitat, & meditatur? Num canis inter ſomniandum cogitat? Num elephantes negotia curantes, ea negotia cogitant? Legantur Lipſii epiſtolæ de mira elephantum ſolertia.

CAPUT. X.

A. SEd ut particularia enucleemus; beſtiæ præterita, præſentia, & futura cogitant. Preſentium meditatio in docilitate, & imitatione luculenter patet, quæ primo aſpectu, aut auditu recipiunt, & imitari coguntur imaginationis præſentium indubii teſtes ſunt. Equorum qui pro ſpectaculis oppidatim oſtenduntur, quorum mirabiles actiones, etiam homines emundæ naris æquare vix nôrunt, geſtus eſt aliud hujus rei argumentum.

B. Cogitatio præteritorum ad memoriam ſpectat: certè dum vulpes ad antra, aviculæ ad nidos, apes ad alvearia longe diſſita redeunt, dum junior luſcinia notat, & modulos matris præeuntis, & pſittacus verba magiſtri repetit, quis memoriam illis denegabit? Hoſpites non raro quâ remeandum ſit ad diverſoria ſua obliviſcuntur, illis tamen memoriam eſſe (licet tunc temporis non ſint bene memores) nemo inficiabitur.

C. Memoria columbarum orientalium celebris eſt, quæ cum aliquot centena milliaria, ſecum ex ſuis ædibus in civitatem remotam mercatores

cutores eas asportant, tandem epistolas (quibus certiores faciunt uxores de negotiis suis) illis annectunt, & manumittunt: columbæ vero aufugientes in habitacula sua longe dissita revolant, & epistolia sibi concredita more tabellariorum secum deferunt. Nescio an omni suâ memoriâ homines qui semel tantum tam longinqua viarum pedibus emensi essent, rectius reditum callerent.

D. Cogitatio etiam futurorum quibusdam animantibus indubia est, vel ovium indicio quæ ante procellam hiemis ingruentem montibus relictis ad villas accelerant, pabulum, id est, fœnum à possessoribus suis more suo petentes, quod indigenæ (pro ut sæpius observatum in convallibus Eboracensibus, ubi mihi quondam aliquot annos habitare contigit) spectantes statim ad se muniendos, à tempestatis inclementia parant. Non raro etiam canes mortes, & calamitates domesticorum diris ejulatibus præsagire compertum est.

Principia etiam intellectualia brutorum animabus inscribuntur. Apes enim numeros non ignorant, quod patet cum ad cerea habitacula redeunt, si (*n*) vimini alvearia prope, & ordine disposita in alienas sedes transponantur, primum alveare in sede sexti, & sextum in sede duodecimi, & sic deinceps reliqua in sedibus insolitis ponantur. Apes primi alvearis intrabunt secundum in loco primi positum, & apes sexti alvearis intrabunt primum in loco sexti

dis-

disposicum, quod solum evenit numerando alvearia ut ita prius in suis locis fuere, & statim ab introitu ab apibus alienorum abvearium hostiliter accipiuntur, quod argumentum Helmontius pluribus prosequitur.

E. Geometriæ principia etiam illis non desunt, quæ in favorum constructione elucent, qui ad angulos, & latera rite componuntur: neque instinctu solo eos elaborant, sed has figuras prout necessitas urget, variare norunt, quod egomet cum aliis in quadam villa Teviotica dicta Smellon non procul Calsone observavimus; apes aliquot a reliquis quæ alveare tenebant proscriptas eó necessitatis pro anni tempestate redactas ex arborum frondibus sibi doliola cylindracea melle plena cum operculis arte prorsus mirabili artificum pertissimis fere non cessurra formare, quod pro prodigio accepimus, quod earum opus memoriæ libris calamo diuturnitatis inscribi dignum arbitror.

F. Distinguere etiam magnitudines comparando norunt: equus aquam exiguam audacter tranat; at Danubium ubi latius se expatiatur, sponte sua trajicere non periclitatur. Animalia etiam quæ vulgo irrationalia dicuntur syllogismos tamen contexunt. Quid memorem caniculi syllogismum cum herum desideratum ostiatim exquirit, & familiarium ædes sedulo rimatur: Aut in his arguit, aut in illis, aut in istis ædibus ineft; nam has solas frequentare solet: at neque

quæ in his, neq; in illis est; ergo illi in est. Et ut syllogismum ovis lupum fugientis ovem cogitare ex gestu illius apparet: hostis est fugiendus; at lupus est hostis; ergo, &c.

Aut tauri pro vacca cum rivali concertantis: adversarius est propulsandus, at ille taurus rivalis est adversarius meus; ergo est propulsandus. Aves peregrinantes tempus in patriam redeundi non sine observatione norunt.

H. Observationes etiam experimentales illis non desunt: equus semel paludi immersus, & inde extractus à paludibus in posterum sibi cavet. Equus istius philosophi sale onustus in foveam aquæ plenam incidens, ubi non parum sui oneris in aquis solutum, unde levius factum est quam prius, quod equus observans aliquoties postea sale onustus in aquis se cum onere immersit, & à pondere dorsum premente se toties multum liberavit. Philosophus equi possessor vafritiem ejus percipiens quodam tempore eum lanâ oneravit; equus, pro more, in aquam quæ primo obtulit se injiciens postea egreditur, lana interim multum aquæ imbiberat, & equus præter expectatum se majori quam fuerat pondere pressum sentiens, in posterum à volutatione in aquis abstinuit: equus equidem Philosopho possessore dignus.

Annosæ feles colloquia hominum intelligere videntur: quod observatione fieri oportet.

I. Bruta etiam suas politeias habent teste

Agure

Prov. 30. *Virgilius* apum rem publicam in Georgicis carmine celebrat. Vulpium, & simiarum doli non ignoti sunt. Quid historias elephantum ex Lipsii epistolis referam? Nemo rationalitatem illis animantibus negabit. Officiis suis canes non sine ratione fungi uno aut altero exemplo ostendam.

K. In quibusdam regionibus ubi frondent sylvæ ita instituitur venatio leporum: duo vel tres canes venatici leporem è sylvis egressum per latos campos insequuntur; quartus autem in subsidiis manet secus sylvam otiose currens; cum lepus qui multos effugii modos ad canes evadendos molitur (nec sine deliberatione quod omnibus venatoribus notum) tandem in sylvam refugere conatur, ut inter dumos, & arbores tutò lateat; canis ille subsidiarius reditum lepori intercludit, & in patulos campos pro vita currentem redire cogit.

L. In villa quadam mihi notâ upilio canem aluit, qui greges ovium hero absente totos dies, populo teste, pascebat: cum oves quædam ut segitem carperent, audacter ex pascuis ad sata accessissent, canis se statim interponens eas à segete latratu arcebat sine reliquarum terrore, per gregem familiariter incedens oves extravagantes pro officio retinebat; hocq; modo ab aurora ad vesperum sine fatigatione eas cohibebat. Qui upilionem agit, officio rationali fungitur; at hic canis upilionem egit: ergo officio rationali functus est; ergo & ratione usus est;

canis

autem subsidiarius militari stratagemate utitur. Si objeceris eum ita ab homine educatum esse, eódem res redit: nam est docilis adeoq; rationis non est expers. Quædam tamen bruta suo marte, sine hominis ope, stratagemata solerter excercent; certe præmeditatione; non autem instinctu qui absq; deliberatione rem aggreditur.

M. Historia simiarum, & pardalorum sic se habet: pardali Mauritaniæ fame concitati per campos prædandi gratiâ vagantur, & in simiarum gregem incidentes sic se gerunt; cum simias arboris cacumen incolentes prospiciunt, pardalorum unus morte simulata os claudit, anhelitum à spirando cohibet, & in longum protensus velut mortuus humi sternitur: simiæ ex alto pardalum mortuum despicientes, & descendere non audentes unam ex gregie experiendi causa præmittunt, quæ primo pedetentim timidè descendens tandem revertitur, & audacior deinde facta iteratò descendit, iterumq; timidiuscule pedem retrahit, tertio demiq; ad pardolum usq; gnaviter devenit, & mortuo quasi insultat reliqua multitudoid ex sublimi intuens subitò decurrens pardalum proculcat, & petulanter circa illum tripudiat; at ille derepente exsiliens simias dilaniat, & laniatas epulatur.

Simia Julii secundi cum castaneas carbonibus coopertas appeteret, pede felis, quæ tum aderat, arrepto castaneas ex igne extraxit.

N. Bruta etiam affectus apertissime exerunt, quod machinis nentiquam convenit, atq; affectus suos pro more hominum moderantur (*n*) benevolentiam (& inde gratitudinem & fidelitatem) odium, iram, audaciam, metum. Quoad benevolentiam observavicanem qui postquam domo aliquamdiu abfuisset, tandem reversum singulos domesticorum viritim salutare. Quid aliud homines ab exteris gentibus redeuntes egissent, quam suo more dextras jungere? Num particulæ corpuscularium tam bene moratæ sunt? Gratitudo leonis erga Androdum è servitute exosa elapsum Historiæ Romanæ lectoribus est nota. Fidelitas brutorum ex duplici apud Scaligerum Historia in exercitationibus contra Cardanum.

O. Ubi unus canis herum suum jugulatum cernens, mortem ejus ulciscitur; longo tempore post percussorem conveniens (qui in latibula suplicii metu se subduxerat) eum perpetuo latratu insectatus quousque in suspitionem criminis ex circumstantiis inusitatis inciderit, ut ex decreto archontum singulare certamen cum quadrupede inire coactus sit; tandem victus clandestinum scelus palam confessus moritur. In hujus rei signum ad posteritatem monumentum erectum. Nonne opus est ratione eâq; subtili, & memoriâ firma, & sensuum acumine ad cædis indicium, cum cognati, familiares, & fideles famuli percussorem sedulo exquirunt, & ad suplicium ducunt?

Altera canis historia quidam ex Romandiola scorpione armatus procelloso, & intense frigido die agros, & itinera pervagatus, tandem super lapidem post deambulationem considens ab aere gelido victus, moriens diriguit. Postero die à cognatis & vicinis ejus vestigia notantibus invenitur mortuus tanquam statua lapidea super lapidem posita, cui canis ut fidus Achates, ut custos, & comes individuus assidebat, omnes venientes ore patulo, & minaci ab hero mortuo pro viribus protelans, nec iis quibus ante, ut videtur, blandiri solitus, & cauda adulari, imo nec fratri defuncti, parcens, & nullo modo adduci poterat, ut quisquam se vivo extincti corpus attingeret: in hac fidelitate perstans, sclopo trajectus interiit. Apud nos quidam canes continuis ejulatibus fata dominorum luxerunt, & à sepulchro per triduum non discesserunt.

2. Jam major per partes confirmata est, id est, per totidem argumenta concludentia formam brutalem non esse motum particularum cum earundem figuris, & variis fitibus. Ergo, ut argumenta recapitulemus, quæro num cor, puncta, & particulæ imaginari, vel cogitare, reminisci apprehendere, præsentire, præsagire, colloquia humana intelligere (ut elephantes Indici) discere, imitari, stratagemate uti, observare, figuras Architecturæ construere, & pro necessitate variare, syllogisare, oves pascere, curare negotia, familiares salutare, mortem vindi-

are ſe morti pro dominis exponere, mortuos
eros lugere, metuere (nam agna lupum, & cer-
va leonem timent) mediis ad finem aſſequen-
dam uti poſſunt? Et quideſt ratiocinari;
& quideſt ratione uti ſi non ſit hæc agere? Ar-
utiis, ſophiſticationibus, & jocis omiſſis rem
erio perpendamus, num homines quia hæc
gunt rationales erunt; & bruta cum hæc ea-
dem agunt, machinales erunt? Licet homines
ultò puriori, et ſuſiori rationis aurâ fruantur;
rutis tamen ſua eſt rationis menſura: et finibus
uæ creationis inſerviens, Lux cicendularum eſt
ux; quamvis ad lucem ſolis ſit valdè tenuis:
atio brutorum eſt revera ratio; quamvis ad
ominis rationem valde exilis ſit. Neque ma-
is abſonum ſpiritus animalium ſpiritui humano
miles eſſe, quam eorundem corpora hominum
onſona eſſe ſanguine, carne, cerebro, corde,
ecture. felle, pulmone, viſceribus, &c. ac
ommodantur, ut homines; quæ ſunt animæ or-
ana in brutis pariter ut in homine: ergo ut
orpora brutorum non neganda ſunt eſſe
rnea, quia humanum corpus eſt carneum; ita
ec ſpiritus animantium irrationales dicendi
nt, quia ſpiritus hominum ſunt rationales.
uod ut clarius pateat cognoſcendum duo eſſe
rutorum genera (*n*) mitia, et fera à Deo cre-
a, et utriſq; ratione opus eſſe; manſuetis
utem ut homini inſerviant, feris vero ut ſibi
tuliſq; proſpiciant, id eſt, ut neceſſaria pro-
ment, ut ab injuria venatorum, et hoſtium ſibi

suisq; caveânt. Canis aut equus sine aliqua ratione homini inutiles forent, equus nisi arenam, aut paludem pedibus deliberate prius exploraverit, nec paludem, nec arenam ingreditur, siq; senserit arenam esse fluxilem, retrahit pedem. Equus rectâ redire novit eadem qua triduo ante perrexit; licet centum millia passuum multis bivijs, & ambagibus impedita; quamvis hanc viam nisi semel prius tentaverit; multó melius homine cujus mens variis negotiis interpellatur, quæ animum ab attentione avocant. Quid de cane dicendum est qui novit amissa investigando recuperare licet odoratus sui beneficio utatur; rationis tamen est heri propositum nosse, cum jubet eum rem amissam quærere: atque ipse homo semper est rationalis; etsi sensuum ministerio fruatur, & utatur.

T. Qui hanc facultatem vacant sagacitatem & instinctum, cur non etiam humanam rationem dicunt humanum instinctum? Instinctus fit siue deliberatione, ut cerva vulnerata mederi sibi dictamno dicitur, et satur canis edere gramen ut crapulam evomat; et homo cum res oblita in memoriam revocare nititur, vultu, et oculis pronis humum intuetur: at cum canis amissa quærit, deliberate opus suum exequitur. Quod identificatur cum ratione est ratio; at facultas brutorum apprehensiva identificatur cum ratione, ergo illa facultas est ratio. Machinam concinnare est hominis, animal et animatum producere est Dei.

V. In Sacra pagina dicitur quosdam homines brutis quæ pereunt assimulari. Bruta perire dicuntur, non quod eorum animæ extinguantur; sed cum nulli sint brutorum annales eorum memoria apud homines pereat, et quamvis ut videtur pleraque sine crimine moriantur. Nemo tamen est qui eorum mortes vindicet, & nulla fortasse est brutorum corporalis resurrectio. Ipse Deus in sacra pagina brutorum tanquam rationalium meminit. Dicit in fœdere quod pepigit cum Noaho se exacturum injurias oblatas humano generi à brutis. Deus etiam obstruere os pecudi frumentum tritu-ranti prohibet. Voces corvorum esurientium Deus exaudit. Et Solomon ait misereri omnem esse etiam Sumento suo clementem. Deus etiam hoc inter alia argumente usus est cur Ninive non perderet, magnam belluarum multitudinem ei inesse.

Ex Supradictis patet animas brutorum in suo gradu rationales esse adeoque immortales: & si quæratur quis usus animarum brutalium post hanc vitam; de his religiose silendum; hæc enim sunt inter arcana Dei.

CAPUT.

CAP. XI.

4. SExtum Argumentum eſt ab anima rationali, vel potius intelligenti: hæc anima homini ineſt, & nemo negabit hominem huic orbi materiali ineſſe. Spiritus aut intellectus humanus non eſt materialis. *Primo*, quia materia afficitur tantum ab objecto præſenti, ut oculus à præſenti domo quam intuetur, at intellectus videt univerſalia quæ nulli ſubjiciuntur ſenſui organico, intellectus videt omnes domos quæ unquam fuerunt, jam ſtant, aut in futurum ſtabunt in terris. *Secundo*, intellectus futura prævidet quæ nullum ſenſuum adhuc perculerunt: Aſtronomus enim eclipſin ſolis in quodam ſigno Zodiaci multos poſt annos eventuram intellectu ſuo contemplatur, & eventuram prænunciat. *Tertio*, intellectus cernit præterita quæ omnes jam ſenſus effugerunt: Aſtronomus etiam conjunctiones jovis, & ſaturni ante mille annos in Æthere celebratos, in qua parte ſigniferi, & quoto die peractæ fuerint, ad unguem enarrare novit. *Quarto*, intellectus rerum cauſas omnem ſenſus aciem latentes rimatur, & cauſas eventuum ſublunariorum in influxibus planetariis intuetur: cauſam attractionis magneticæ, &c. *Quinto*, intellectus genuinas rerum magnitudines quæ omnem fallunt ſenſum dignoſcit, ut magnitudines ſolis, & planetarum, &c. *Sexto*, intellectus

in

in ſeſe reflectendo ſpeculatur, quem nunquam oculus, aut ſenſus corporeus percepit; ergo intellectus humanus qui orbi materiali ineſt, materialis, non eſt. *Septimo*, intellectus Deum infinitum qui intellectum creavit, & Æternitatem percipit, quæ in nullos ſenſus incurrunt; nedum in materiam; ergo intellectus eſt ſublimior materia.

B. Quam abſurdi ergo ſunt iſti qui animam humanam eſſe materialem affirmant? *Carteſius* ergo cum ſuis principiis deteſtandus eſt, qui ſolam materiam eſſe creatam dixit; ergo nullum ſpiritum niſi materialem agnovit, nullum ſpiritum immaterialem in toto hoc orbe creato admittit, adeoq; nuſquam, cum orbis hic (ut ſupra traditur) ex fundamenti Carteſii ſit infinitus, & nullum ſpatium præter ipſius materiæ extentionem concedit, & in illa extentione ſolam dari materiam vult, cum extentio ſecundū eum ſit materiæ proprietas, atq; hoc ſentiens aperte in epilogo totius operis magiam iſtam damnoniacan tot legibus divinis, & humanis prohibitam, tanquam chymeram deridet, cum Rigius ejus ſectator ſecundum doctrinam magiſtri ſui animam hominis eſſe materialem aperte concluderet; *Carteſius* rubore coactus animam hominis eſſe immaterialem pronunciavit; id eſt, omnia ſua principia eſſe falſa palam faſſus eſt.

C. Neque ſolos ſpiritus creatos hac injuria affecit; ſed etiam ipſum Deum ex ſuorum dogmatum ſequela exiſtere negat. Cum mundus

hic

materialis ſecundum hunc atheum ſit; & nullum ſpatium immateriale detur; Deum ex toto Infinito excludit: apertius hoc etiam inculcat, cum Deum omnipotentem tam imbellem eſſe perhibet; ut vacuum ab illo in mundi materiam introduci poſſe neget. At ne omnis religionis videatur expers, & palam pro atheo exſibiletur, in Meditationibus ſuis unicam pro exiſtentia Dei protulit argutiam, cum ait naturaliter omnis hominis, Deum exiſtere, menti inſcribi. Quod ſi verum foret omnes ſine pædagogi Deum agnoſcerent; at hoc falſum; nemo in Dei cognitionem peruenit niſi auditu: fides auditu naſcitur; aut viſu; ex creaturis enim viſibilibus diſcurſive, & ſyllogiſtice concluditur Creatoris exiſtentia. Imo tantum abeſt hoc naturaliter mentibus hominum inſcribi; ut multi id in animis ſuis pernegent, *Pſal.* 14. 1. Et ore auſi ſint idem prodere, ut olim Diagoras, & poſtea Vanninus in ipſo flammarum ſupplicio negavit. Gentem quandam *Africanam* prope Caput *Bonæ Spei* ignaram etiam hodie exiſtentiæ *Dei* pro comperto habemus.

CAP. XII.

A. QUid dicendum de anima univerſam mundi molem agitante? De qua *Virgilius* cecinit:

Princi-

Principio cælum ac terras camposq; liquentis,
Eucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; insusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet,

Et de qua obrter in argumento ab influxibns plrnetatum deducto dictum est. Ipsa elementa vivunt; ergo omnia ex iis facta vivere necesse est. Aer est unum elementorum materialium, & aer thermometri influxus sydereos percipit, quos vitæ expers nunquam amplecteretur. Ut de aere ita de reliquis elementis sentiendum. Mineralia ex elementis orta manifeste vitam exerunt in antipathiis, & sympathiis, ut ferro & magnete. Quodlibet metallum in vini quinta essentia dissolutum fragrantias Arabum superat. Oleum auri genuinum & lucet, & fragrat, & metalla arte philosophica instar arborum succrescunt. Si mineralia, multo magis vegetabilia, & animalia vivunt.

Ex præmissis ergo liquet machinam mundi visibilem uon à sola materia occupatam, sed alias substantias (nempe spiritum, & lucem) ei superadditas esse.

TRAC-

TRACTATUS SECUNDUS DOCTRINÆ SUBSTANTIARUM SIVE Naturæ apertæ.

CAPUT PRIMUM.

De Materia

Eo duce de materia, ſpiritu, & luce ſingulatim acturus materiam primo aggrediar prout in ſe conſideratur, poſtea cum luce, & ſpiritu concretam ſuo loco tractaturus.

1. Rumor eſt Ariſtotelem, hiſtoriá creationis in primo capite Geneſeos auditá, in hujuſcemodi verba erupiſſe. *Multa dicit Moſes; ſed paucæ*

pauca probat. Ego autem *Deo Mosis* mihi aspirante illius capitis dicta in sequentibus demonstrabo Illic enim Spiritus aquis tenebrosis incubuisse dicitur, & verbo Omnipotenti (*fiat*) lucem & tenebras extitisse: unde incubatione Spiritus vis spiritualis, *i. e.* spiritus creatus huic mundo visibili infunditur, lux affulsit, & tenebræ (*id est* materia) ortæ sunt.

Materia est substantia sensibilis infima tenebrosa, & frigida luci & spiritui connexa, eorumq; nutibus obediens.

Est substantia: quia per se subsistit, & modulis corporeis substat; quamvis varios modulos sibi succedentes induat, & exuat, eadem tamen numero superstes est, ut Thetis post varias metamorphoses Peleum evitatura, eadem quæ prius fuerat tandem Thetis reperta est. Unde á quibusdam dicitur esse pura potentia, quia apta est multifariis, imo diversissimis, & plane contrariis, ut occasio fert, modis recipiendis.

Est substantia; ergo non est modus, sive accidens licet celeberrimum, non est quantitas, nec qualitas, ut postea patebit.

Est sensibilis; quia semper uni sensuum, si non omnibus, est obvia. Aer licet pleroq; sensus effugiat, tactui tamen se præbet, ut in flatu follium apparet, & in cono vitreo concavo aere pleno, cujus basis aperta, in aquis fidente, cujus rimula aperta ventum emittit, qui flammam candelæ agitat: Aer etiamsi non constringatur cum est laxissimus, & purissimas,

aut

aut friget, aut calet, aut repet corpiſculorum noſtrorum quotidiano teſtimonio, & aer quem ſpiramus aut calidus, aut frigidus aut tepidus eſt ſenſibiliter, attamen pulmones ad refrigerium cordis aura frigida gaudent, lux congregata viſibilis eſt ſpendore, & tangibilis calore; ſed lux dilatata omnem ſenſum latet.

Eſt infima: quia lucis & ſpiritus imperio paret, materia a ſpiritu, & luce mobilis in ſe vero eſt placida & quieta; anima rationalis humanum corpus, & anima univerſi totum orbem commovet, eſt ſpiritui & luci connexa: & materia ab illis duobus ſeparata nunquam invenitur, lux ſæpe ſine materiæ induviis nuda conſpicitur materia ſine mundi ſpiritu (vulgo anima mundi) non ſeparatim exiſtit. Ex dura ſilice et ſaxis ſcintillæ ignitæ, & ſulphur graveolentes exprimuntur: ex aqua calore ſimi, vel conſimili digeſta, aqua ardens elicitur. Aqua etiam putrefactione tepeſcit, et olet: fermentata aqua calida, aut aqua frigida pura ſolis jubari expoſita aceſcit, quæ omnia lucem interiorem in aquæ gremio deliteſcere indicant: Aer vitalis quem haurimus ex aere tanquam lucis, & caloris veſtimento procedit. Deus quas creavit ſubſtantias, eaſdem vita donavit. Ipſa mineralia in terræ, & aquæ viſceribus penitus recondita, corpus quod irradiant (coralliis, margaritis, et gemmis teſtibus) virtute vitali reficiunt.

Eſt tenebroſa: tenebræ ſunt materia, ipſe aer

et

et ipsa aqua nedum terra sunt tenebrarum moles solis, lunæ, aut siderum luce absente.

Est frigida: universalis mundi materia triplici vultu distinguitur. Terreo(*n*)aqueo, & aereo; terra & aqua primo tactu, si non a solis jubare, aut alia occasione talescant, frigus præ se ferunt, & ipse aer in jugis montium alget ubi non a calore solis reflexi fovetur, sicut infima aeris regio terræ proxima à terrâ reflexionibus solaribus candente mitescit, aut ardet: & aer ubilibet ventilabro, aut folle congregatus refrigerat.

8. Materia in se tria continet principia (*n*) frigus, & tenebras, & pure passivum: frigus est principium materiæ circa quod calor lucis versatur. Tenebræ sunt circa quas splendor lucis occupatur. Principium pure passivum est quod à motore lucis exercetur, & quia materia est infima substantia passiva in lucem aut spiritum agere nequiens, á luceet spiritu temper subjugatur, tenebræ á splendore, et frigus a calore, et pure passivum à motore superantur, nihilominus quia materia primo impetu ab his non subigitur, tenebris aliquamdiu splendorem & frigore calorem prohiberi necesse. Glacies non primo instanti liquescit, Nox & umbra frigent, nec prima luce penitus abolentur. Terra & aqua, vel terra et aer, ut in nube pulverea, aqua & aer ut in nigra nubæ pluviali, vel tera, aqua & aer inter se confusá, ut in plerisq; concretis, sunt opaca, & exterior lux materiæ has confusiones

ſtrare veniunt, ſed uniformem terram ut vitrum, uniformem aquam ut fontanam, uniformem aera cum ſerena penetrando ſubit, & illuſtrat: unde tenebræ á prohibitione ſplendoris, & frigus á prohibitione caloris percipiuntur.

Hæc tria tenebræ, frigus, & pure paſſivum ſunt revera una materia, cum ea enim & in abſtracto, & in concreto reciprocantur; inter ſe autem tantum in concreto. Dicere enim licet, omne frigus eſt materia, & materia eſt frigus; omnes tenebræ ſunt materia, & materia eſt tenebroſa, & ipſæ tenebræ; omne pure paſſivum eſt materia, & materia eſt pure paſſiva, & ipſum Pure paſſivum. Præterea fas eſt aſſerere omnes tenebras eſſe frigidas; ſed nec tenebras eſſe frigus, nec frigus eſſe tenebras; ſed omne frigus eſſe tenebroſum: cum frigus & tenebræ eſſentialiter, & ipſis definitionibus differant.

C. Néo plura nec pauciora principia his tribus materiæ inſunt: quamvis impenetrabilitas ſit proprietas materiæ; eſt tamen communis omnibus his principiis, et cum illis reciprocatur, et in concreto, et in abſtracto ſicut ipſa materia, cum tamen tria principia inter ſe in abſtracto nunquam reciprocentur. Vere affirmatur, omnis materia eſt impenetrabilis, et ome inpenetrabile eſt materia; omne friqus à materia eſt impenetrabile, et quoddam impenetrabile à materia eſt tenebroſum: at neutiquam dicendum eſt, frigus eſt tenebræ, aut tenebræ ſunt frigus. Et ut

pla-

planius loquamur, sciendum est cum dicimus omne frigus esse tenebrosum, intelligi, omne frigus esse tenebris affectum; sed nequaquam esse ipsas tenebras: et cum dicimus omne tenebrosum esse frigidum, sic accipi, omne tenebrosum esse frigore affectum; sed minime tenebras esse ipsum frigus &c. sed cum enuntiamus materiam esse frigidam, vel tenebrosam, idem esse ac materiam non solum esse frigore, vel tenebris affectam; sed esse ipsum frigus, et ipsas tenebras et quod de materia, idem de impenetrabili dicendum est. Ergo hinc concluditur materiam habere triplicem subsistendi modum omnino distinctum, quorum quilibet à reliquis proprie distinguitur, et est tota materia suo modo subsistens.

Ergo frigus est ipsa materia quatenus calor lucis circa eam versatur.

Tenebræ sunt, ipsa materia prout splendor lucis circa eas occupatur.

Pure passivum est ipsa materia ut à motore lucis exercetur.

CAPUT. II.

D. CUm materia dicatur puce Passiva siquidem sit infima substantia, & frigus etiam sit materia, & videtur materiam non solum pati sed etiam agere. Frigus autem agére constat testimonio medicaminum frigidorum

ſtrare veniunt, ſed uniformem terram ut vitrum, uniformem aquam ut fontanam, uniformem aera cum ſerena penetrando ſubit, & illuſtrat: unde tenebræ á prohibitione ſplendoris, & frigus á prohibitione caloris percipiuntur.

Hæc tria tenebræ, frigus, & pure paſſivum ſunt revera una materia, cum ea enim & in abſtracto, & in concreto reciprocantur; inter ſe autem tantum in concreto. Dicere enim licet, omne frigus eſt materia, & materia eſt frigus; omnes tenebræ ſunt materia, & materia eſt tenebroſa, & ipſæ tenebræ; omne pure paſſivum eſt materia, & materia eſt pure paſſiva, & ipſum Pure paſſivum. Præterea fas eſt aſſerere omnes tenebras eſſe frigidas; ſed nec tenebras eſſe frigus, nec frigus eſſe tenebras; ſed omne frigus eſſe tenebroſum: cum frigus & tenebræ eſſentialiter, & ipſis definitionibus differant.

C. Nec plura nec pauciora principia his tribus materiæ inſunt: quamvis impenetrabilitas ſit proprietas materiæ; eſt tamen communis omnibus his principiis, et cum illis reciprocatur, et in concreto, et in abſtracto ſicut ipſa materia, cum tamen tria principia inter ſe in abſtracto nunquam reciprocentur. Vere affirmatur, omnis materia eſt impenetrabilis, et ome inpenetrabile eſt materia; omne frigus à materia eſt impenetrabile, et quoddam impenetrabile à materia eſt tenebroſum: at neutiquam dicendum eſt, frigus eſt tenebræ, aut tenebræ ſunt frigus. Et ut

pla-

planius loquamur, sciendum est cum dicimus omne frigus esse tenebrosum, intelligi, omne frigus esse tenebris affectum; sed nequaquam esse ipsas tenebras: et cum dicimus omne tenebrosum esse frigidum, sic accipi, omne tenebrosum esse frigore affectum; sed minime tenebras esse ipsum frigus &c. sed cum enuntiamus materiam esse frigidam, vel tenebrosam, idem esse ac materiam non solum esse frigore, vel tenebris affectam; sed esse ipsum frigus, et ipsas tenebras et quod de materia, idem de impenetrabili dicendum est. Ergo hinc concluditur materiam habere triplicem subsistendi modum omnino distinctum, quorum quilibet à reliquis proprie distinguitur, et est tota materia suo modo subsistens.

Ergo frigus est ipsa materia quatenus calor lucis circa eam versatur.

Tenebræ sunt, ipsa materia prout splendor lucis circa eas occupatur.

Pure passivum est ipsa materia ut à motore lucis exercetur.

CAPUT. II.

D. CUm materia dicatur puce Passiva siquidem sit infima substantia, & frigus etiam sit materia, & videtur materiam non solum pati sed etiam agere. Frigus autem agére constat testimonio medicaminum frigidorum

gidorum ut unguenti albi, herbarum ut lactucæ, florum ut roſæ, metallorum ut plumbi, animalium ut ſerpentis, planetarum ut ſaturni, quæ frigus infundunt, & influunt. Effecta frigoris etiam notiſſima ſunt in nive, glacie, grandine, melancholia, etcæteris. Reſpondetur primo: conſtrictiorem materiam eſſe frigidiorem laxiori materia; tertam conſtrictam ut metallum, aquam conſtrictam ut glaciem, aera conſtrictum ut ventum, teſte follium & flabellorum uſu, hæc active frigida eſſe videntur ſiquidem ventus refrigerat. Hinc frigus materiæ conſtrictione oriri patet; at quomodo hoc frigus agat, cum materia ſit paſſiva quæritur. Reſpondetur ſecundo lucem interiorem hominis, ſive lampadem ejus vitalem quatenus ſit immerſa materiæ efficere materiam ſubtilem ſibi proximam, cum lux copioſa adeſt, quodammodo percéptivam frigoris in materia ſtricta (præſertim ſubtiliori, ut ſe lampadi inſinuet) quam horret, quum materia cui lampas immergitur eſt calida, & laxa, & eſt ignis naturalis. Hic ignis internus magnam vim frigoris horret, & fugit (etiamſi lux pura; & ex concreto emerſa nullo modo à frigore movetur, nec rigorem ejus fugit, ut videre eſt in radiis ſolaribus glaciem perlucentibus) unde vina in dolijs ſub ſæva hyeme conglaciantur: & antiperiſtaſis flammæ, & auræ frigidæ, hinc originem ducit. Ubi materia eſt ſtricta, materia ſenſibiliter eſt frigida, & præſertim ubi lux interior non

copioſa

copiosa adest, ut in glacie, & cadavere quod longe frigidius est corpore viventi. Cum vina congelantur, materia quæ est proximum lampadis habitaculum non gelat; sed manet liquida, materia glaciata est aqua fere pura. Mate ia etiam ubi lampas libere dominatur, ut aqua calida, cum subito magna vi frigoris opprimitur, ut cum aqua bulliens ollæ metallicæ inclusa, fonti gelido immittitur in fervidissima anni tempestate mirum in modum rigescit & conglaciatur. Tertio lampas interna materiam strictam, & subtilem ubi lux parce adest, parca luce donatam, & peregrino charactere insignitam radiis, & flamma sua ex corpore nativo expellit, & peregrino corpori infundit; quæ statim à lampade corporis, cui se in sinuat aut repellitur, si debilis sit, aut fugitur. Quarto Resp. ut splendor lucis se habet ad tenebras materiæ: ita color lucis ad frigus materiæ se habet: exterior lux apparentias sive species ingredicns & omnium colorum ab objectis coloratis, abstrahit, & in speculum, aut oculum admovet; qui tamen colores nihil agunt in speculum aut oculum quamvis agere videantur; lux interior per tenebras, velut candela per laternam, materiæ, resplendens varios colores depingit. Quantum autem ad abstractionem nigredinis tenebrarum aut colorum: cum solis radius apparentias tenebrarum (*n*) umbrarum in speculum defert, & a speculo reflectitur quamvis

hæc ſpecies tenebrarum ſpeculo inſit, minime tamen putandum eſt tenebras in ſpeculum agere cum à ſpeculo reflectantur, liquet enim tenebras ſe intra limites arborum, & nemoris continere, cum tamen ſupponitur ſpeculum extra eas omnino ſitum eſſe, ſed lucem quæ deſert apparentias tenebrarum in ſpeculum agere conſtat. Lamina plumbea jubar ſolis reflectens admota prope; digitorum calentium unguess radios frigidos ab unguibus ſatis peceptibile, projicit. Hoc modo Solis radii frigus nivium, & frigus luuare abſtrahunt (nam radii lunares cogregati in ſpecnlo uſtorio ſunt frigidi) nec iſpam materiam nivis elevant, quia nix a ſole liqueſcens deſinit eſſe nix, nec ipſas umbras lux ſpecnlo admovet; quia umbra deſinit, cum luci perfunditur aut luſtratur. Neque materiam lunarem radii ſolis deferunt, ab exteriori luce nullæ particulæ materiales comportantur, & illa materia eſſet valde laxa, nullo modo conſtricta, ut poſtea patebit, ergo nullo modo frigida; nec non illa materia dimenſiones penetraret; tota enim in unius puncti anguſtiam coarctaretur, cum conus lucidus vitrum tralucet, in apicem contrahitur, at ſtumen materiæ non poteſt in punctum redigi, niſi dimenſionum penetratio admittatur. Quam obrem ut ſplendore lucis apparentiæ colorum abſtrahuntur: ita calore lucis ſpecies frigoris abſtrahitur. Apparentiæ colorum ex iride deducuntur in ſpeculum, aut oculum cum tamen ipſi

colo-

colores iridis extra ipsam iridem non egredi-untur. Interior tamen conereti lux ipsam tenebrarum materiam varie contextam subit, interioris lucis calor ipsam frigidam materiam (non autem ejus solam apparenti-am) varie afficit. Quinto quoad frigus saturni, id profluit a forma ejus concitata (pro-ut solet fieri in aspectibus) calida lampas reliquorum planetarum characteribus adver-santium saturno inscripta id horret, deinde se contrahit, & materiam sibi proximam coarctat, unde ex materia constricta frigus oritur. Sexto compertum est in quibusdam regionibus zonæ frigidæ, vel conterminis, frigus hyemale nasos, & manus gangræna corrumpere, cujus remedium est manum nive aliquot horis coopertum con-dere, unde concluditur algorem ni-vis attrahere, & extrahere virolum istud fri-gus e manu, unde patet ipsum frigus attrahendo agere. Ratio tamen & experientia huic opini-oni retragantur: si tota moles nivium Gron-landiæ dolium vini congelatum contegeret, tan-tum abesset ab extractione illius frigoris, & re-solutione ipsius vini; ut vinum magis rigesce-ret, & constringeretur: sed manus stu-pefacta nivi immissa motu sanguinis per venas fluentis (præsertim si homo calido potu & cibo foveatur cujus lampas non extincta est) ni-vis partiunculam lique facit, qui liquor manum subintrans humores carnis reddit fluidos, &

lampada paulatim relaxat, quæ tandem frigus expellit, adeoque manus à frigore liberatur.

Ergo ex præcedentibus concludirur materiam in se esse frigidam, & quo strictiorem ut metalum, aut ubi lux parcius inest ut aquam & glaciem, vel cum lux interior compedibus quasi impeditur, ut im immaturis fructibus ut pomis sylvestribus, vel ubi lampas aliqualiter extinguitur ut in aceto, eo frigidiorem esse. Deinde lucem interiorem immersam materiæ, vel ignem vitalem ratione materiæ cui immergitur, frigidam materiam fugere & horrere; ut manus gelida nive tacta; Præterea ut splendor lucis colores tenebrarum contextura ortos abstrahit, & in speculo eos ostendit: ita calorem lucis speciem sensibilem frigoris tactui præbere, licet nec tenebræ agant in speculum, aut species frigoris in sensum tactus per se; sed sola lux eas abstrahens agit. Nec non ut interior lux concreti tenebras materiæ coloribus per concretum fusis depingit, & nonnunquam coloratas particulas extra concretum expirat; ita etiam interior lux eadem materiam odoratam, & particulas subtiles attamen constrictas exhalare, quæ ab igne interiore corporis cujuslibet quod ingrediuntur subtilitate sua, percipiuntur à lampade sese ab illis avertanti; ut equus profundum gurgitem aversatur, & viator foveam evitat, & alió se vertit; ita ignis lampadis frigus horret; non enim à frigore pellitur; sed spontanea aversatione à frigore recedit. Insuper lampadem

sese

sese subducere ab odioso charactere saturni, unde materia à iampade sese introrsum abdente, & materiam secum rapiente constringitur, & aquà conglaciatur, unde saturni influxus dicitur esse frigidus. Tandem frigus agere attrahendo, & extrahendo frigus ex corpore congelato negatur; adeoq; frigus ex se non movere lucem ostenditur.

CAPUT. III.

De modis materiæ.

MAteria mundi universalis per quam lux mundi universalis in creatione diffusa fuit, fluida & indeterminata perspicua & nullius coloris & adhuc indiscriminata varietate constrictionis, subtilitatis, crassitiei, raritatis, densitatis, duritiei, mollitiei, gravitatis, levitatis, fragilitatis, volatilitatis, fixitatis, humiditatis, & figurarum. Hæc materia recte dicitur materia prima, & simplex: postea cum laxitate, & constrictione, subtilitate & crassitie, levitate & gravitate, fluore & consistentia triplici vultu in tres primas signatas materias, sive tria elementa distingueretur (*n*) terram, aquam, & aera, merito dicta est materia prima signata: tandem cum variis spirituum speciebus, & variis coloribus, figuris, mollitie, fixione, & volatilitate, siccitate, calore, & frigore, & variis characteribus,

&

lampada paulatim relaxat, quæ tandem frigus expellit, adeoque manus à frigore liberatur.

Ergo ex præcedentibus concludirur materiam in se esse frigidam, & quo strictiorem ut metalum, aut ubi lux parcius inest ut aquam & glaciem, vel cum lux interior compedibus quasi impeditur, ut im immaturis fructibus ut pomis sylvestribus, vel ubi lampas aliqualiter extinguitur ut in aceto, eo frigidiorem esse. Deinde lucem interiorem immersam materiæ, vel ignem vitalem ratione materiæ cui immergitur, frigidam materiam fugere & horrere; ut manus gelida nive tacta; Præterea ut splendor lucis colores tenebrarum contextura ortos abstrahit, & in speculo eos ostendit: ita calorem lucis speciem sensibilem frigoris tactui præbere, licet nec tenebræ agant in speculum, aut species frigoris in sensum tactus per se; sed sola lux eas abstrahens agit. Nec non ut interior lux concreti tenebras materiæ coloribus per concretum fusis depingit, & nonnunquam coloratas particulas extra concretum expirat; ita etiam interior lux eadem materiam odoratam, & particulas subtiles attamen constrictas exhalare, quæ ab igne interiore corporis cujuslibet quod ingrediuntur subtilitate sua, percipiuntur à lampade sese ab illis avertanti; ut equus profundum gurgitem aversatur, & viator foveam evitat, & alió se vertit; ita ignis lampadis frigus horret; non enim à frigore pellitur; sed spontanea aversatione à frigore recedit. Insuper lampadem

sese

ſeſe ſubducere ab odioſo charactere ſaturni, unde materia à iampade ſeſe introrſum abdente, & materiam ſecum rapiente conſtringitur, & aquà conglaciatur, unde ſaturni influxus dicitur eſſe frigidus. Tandem frigus agere attrahendo, & extrahendo frigus ex corpore congelato negatur; adeoq; frigus ex ſe non movere lucem oſtenditur.

CAPUT. III.

De modis materiæ.

MAteria mundi univerſalis per quam lux mundi univerſalis in creatione diffuſa fuit, fluida & indeterminata perſpicua & nullius coloris & adhuc indiſcriminata varietate conſtrictionis, ſubtilitatis, craſſitiei, raritatis, denſitatis, duritiei, mollitiei, gravitatis, levitatis, fragilitatis, volatilitatis, fixitatis, humiditatis, & figurarum. Hæc materia recte dicitur materia prima, & ſimplex: poſtea cum laxitate, & conſtrictione, ſubtilitate & craſſitie, levitate & gravitate, fluore & conſiſtentia triplici vultu in tres primas ſignatas materias, ſive tria elementa diſtingueretur (*n*) terram, aquam, & aera, merito dicta eſt materia prima ſignata: tandem cum variis ſpirituum ſpeciebus, & variis coloribus, figuris, mollitie, fixione, & volatilitate, ſiccitate, calore, & frigore, & variis characteribus,

&

& formis luxuriarit, tunc appositè materia concreta nuncupatur.

CAPUT. IV.

De quantate materiæ.

A. QUantitas totius molis materialis est finita; quia mundus ipse qui materiam totam continet, esi finitus, ut postea declarabitur. Cartesius ait quantitatem esse materiæ proprietatem, & quantitatem cum materia reciprocari, (*n*) materiam esse quid éxtensum, & omne exsensum esse materiam. Huic tamen dogmati ratio, & experientia refragantur; siquidem pluribus aliis subjectis, & non materiæ soli insit. Primò enim quantitas spatio convenit, at spatium non est materia, ut postea ostendetur. Secundo, extensio vi & potestati convenit, vis autem non est materia; vis enim quæ per totam chordæ longitudinem vibratur est extensa, uni extremo chordæ barbiti vis a digito imanas pulsante integram chordam commovet. Vis animæ totum corpus perlustrat. Lapillus etiam in aquam decidens vi sua orbem & latos circulos circum circa describit.

Tertio luci competit quæ non est materia, ut supra probatum.

Quarto: influxus planetarius quamvis non sit materia, extenditur. Influxus saturni à satur-

no

no in rerræ centrum elongatur. Imó influxus fixarum, ut influxus Syrii à cælo octavo in terram protenditur.

Quinto. Spiritibus etiam ut angelis extensio est familiaris: spatium enim occupant cum de spacio in spatium moventur, per spatia quæ non occupant, moveri nequeunt.

CAP. V.

De materia Subtili.

A. PArtes vel potius particulæ materiæ (nam materia in pariculas est divisibilis, durissimus adamas in scobem aliquando convertitur) suos modulos quantitatis habent, partes minutæ præsertim minutissimæ (ut pulveres fere impalpabiles, qui per aera sparsi visum effugiunt; sed à jubare solari fenestram cubiculi perlucente inst aratomorum in aere natare deprehenduntur) appelantur materia subtilis, partes autem majores quæ tactui, & visui absq; ope microscopi satis patent, materia crassa appellantur. Ex fodina materiæ subtilis Cartesius suam lucem eruit, cum lucem esse pressionem materiæ subtilis asserat, atq; hanc materiam penetrare vitra, & supplere omnes mundi vacuitates, & lineam hujus materiæ inflexilem esse, enim tamen in globulis *in* umico punctio se mutuo tangentibus (nam globus superficiem planam, & circulus lineam rectam

rectam nedum curvam in unico puncto tangit) sine ullo alio cæmento constringitur: insuper ut ut hæc linea inflexilis, certe tamen fragilis erit, quia duo globuli per totam lineam uno tantum puncto cohærent, & quo subtilior est; materia eo mobilior est nam contundatur saccarum aut quodlibet concretum in mortario in pulveres crasliusculos, hi pulveres bacillo circumvertantur, in fundo mortarii manebunt, & non in auras attollentur. Contundantur iidem pulveres eodem bacillo, & statim in auras elevabuntur instar fumi, & quo subtiliores erunt, eo celerius in auras attollentur.

C. Aliud adduco experimentum: esto cylindrus tres pedes crassus, cujus longitudo sit quatuor pedum in arena laxa celeriter circumvertatur, aliquantam arenæ portionem secum circumversabit, at idem cylindrus, in aqua circumagatur, & majorem aquæ copiam quam arenæ secum circumducet: tandem in aere circumducatur celeritate sua ventum excitabit, & multo majorem aeris orbem quam aut arenæ, aut aquæ circumvolvet. Iccirco evidenter patet subtiliorem materiam esse mobiliorem & flexibiliorem materia crassiori, aer quo subtilior aquis eo agitabilior.

D. Nec subtilis materia pressa fit lux ut Cartesius pronunciat: nam lux sæpe oritur ubi nulla fit aeris pressura; & quo constrictior sit aer subtilissimus; eo tenebrosior etiam fit.

De

De materiæ ſubtilitate celebris queſtio à philoſophis agitatur, utrum materia ſit in partes numero infinitas diviſibilis, vel in particulas numero finitas quæ ſunt omnium minimæ ultra quas natura dividendo progredi nequit.

Qui autem materiam in particulas numero infinitas ſcabilem eſſe contendunt, his & ſimilibus innituntur argumentis. Primo aiunt nullam dari minimam quantitatem, aut numerum, quia ipſa unitas poteſt innumeris vicibus in arithmetica fractione ſubdividi, & nullam particulam unitatis dari quæ non totidem vicibus iterato poſſit imminui & nullum numerum eſſe tam exiguum quo non poſſit minor ab intellectu excogitari.

Secundo quædam corpora ſicut aurum infinite extendi poſſe, ſi in tenuiſſimam laminam malleetur, donec cum tela Arachnes de ſubtilitate certet.

Tertio ſi corpus metallicum in pulveres fere imperceptibiles teratur, una particula hujus pulveris ope microſcopi videbitur eſſe congeries particularum in multo plures, & minores minutias frangibilium.

Quarto, volunt lucem eſſe corpus, & neri ſtaminis inſtar: vel potius ſubtiles radios emitti ut fibræ è radice arboris, & ex illis fibris alias adhuc graciliores enaſci. Flamma candelæ totum aera cubiculo incluſum premere nequit, & quamvis premendo eſſet à laterna undequaq; illam claudente prohibetur: fumus candelæ per rimulam

mulam laternæ ſibi exitum parat, & ille fumus nec lucet, nec molem aeris cubicularis commovere poteſt nedum premere. Haleces mortuæ reſplendent, & aerem illuminant ibſq; ulla preſſione. Idem dicendum de annoſa arbore putreſcente quæ noctu lucet. Dixi ſcintillulam ignis aerem ambientem illuminare ſavilla enim ex ſilice excuſſa nocte tenebroſa aerem ſibi proximum illuminat.

E. Carteſius etiam hanc materiam ſubtilem penetrare poros corporis diaphani (vitri ſcilicet aut criſtalli) autumat, poros intelligit rectilineos inſtar canalium, quibus corpora diaphana eſſe referta cogitat: quod ſi verum foret corpus diaphanum nil eſſet niſi porus. Eſto cubus vitreus cujus (ut Geometria docet) ſex latera, ſunt ordinata ideſt, ejuſdem figuræ & quantitatis, & quorum unumquodq; habet aliud ſibi paralellum & directe oppoſitum, Ergo cubus tria paria laterum directe oppoſitorum continet. Jam obtendatur unum latus ſoli, & totus cubus illico illuminabitur, & quia multum plus lucis cubo illuminato in eſt quam tenebrarum, plus dimidio hujus cubi in poros abit, eſto tantum dimidium; deinde latus priori adjacens cujus pori perpendiculariter poros prioris lateris permeant, etiam ſoli obtendatur, & totus cubus actutum illuminabitur, & quia hi pori ſunt alii quam prioris illuminationis pori, alterum & reliquum cubi dimidium, abibit etiam in poros, ergo

go cum duo dimidia facta sunt pori, totus cubus fiet porus. Tertium par laterum adhuc restat soli obtendendum cum suis poris, unde cubus fieret ipsa inanitate inanior.

Præterea, lux dimensiones suas penetrat (ut superius monstratum) at hæc materia subtilis dimensiones penetrare nequit, quia est materia.

Quinto omne punctum volunt esse in infinitum diuisibile. *Primo*, Quia omnis linea teste Euclidis Geometria in duas æquales partes bisecatur. Detur ergo linea trium punctorum ..., bisecabilis non est si non medium punctum in duo etiam puncta bisecetur. *Secundo*, Esto triangulum æquicrurum cujus basis sit duodecim punctorum, & singula crura sedecim punctorum a vertice cujus prima linea sit duorum punctorum (supponitur enim lineas basi parallelas duci a punctis unius cruris ad puncta opposita et correspondentia in altero crure, et primam lineam à vertice esse duorum punctorum) quia vertex unico puncto contentus est, at omnis linea ex pluribus punctis quam unico constat) secundo linea basi proxima erit quindecim punctorum, at si basis ipsa quæ est decima quinta, et major ulla præcedenti est tantum duodecim punctorum, quod fieri non potest si non puncta decimæ quartæ lineæ essent minora punctis decimæ quintæ lineæ, et duodecim illa puncta basis essent fracta in minores puncto.

Vel



Vel sunto duo circuli concentrici major minorem includens. et radius communis utriq; circulo à centro ducatur, moveatur hic radius per puncta majoris peripheriæ, eodem tempore idem radius movetur etiam per puncta minoris peripheriæ, et quia nondantur totidem puncta in minori peripheria quot in majori, nihilominus totidem motiones radii dantur, ut videtur in minori peripheria quot in majori, ergo si major peripheria centum punctis constet, & minor nisi quinquaginta punctis, cum radius centum motionibus per centum puncta majoris peripheriæ perambulet, quinquaginta minoris peripheriæ puncta cen-

centum motionibus in centum ſemipuncta diſtinguet; Et ſi major peripheria fuerit tripla minoris, radius puncta minoris triſecabit & ſic deinceps.

Si linea ex punctis conſtet, aiunt illa puncta ſemper eſſe diviſibilia; nam quodlibet punctum lineæ, & antecedens punctum proxime conſequens tangit, itaq; duo habet latera, uno enim punctum immediate præcedens attingit. & altero immediate conſequens amplectitur, adeoq; unum punctum duo in ſe continet. Centrum circuli eſt unicum punctum; attamen ſi omnes radii à centro in circumferentiam ducantur, hi radii omnes concurrent in centro; adq; adeo centrum totidem oppoſita latera retinet, quot radios in ſe recipit, & unum centri punctum in immunera reſolvitur.

Sexto infinita eſt diſtantia inter ens ſubſtantiale et nihil, ergo minima, particula corporis infinite divideretur priuſquam in nihilum redigeretur.

His tam artificioſis commentis ſic obviam itur, et primum argumentum ſic diſcutitur affirmando, corpus neque intendi neque extendi in infinita poſſe (et corpus eſt iſtud quantitatis ſubjectum de quo nunc agitur) quamvis mens humana additiones & diminutiones complures meditetur, mens tamen non eſt corpus. Si quiſpiam chimæras, & Utopias imaginetur, non tamen inde ſequitur eaſdem in rerum natura exiſtere.

Se-



Vel sunto duo circuli concentrici major minorem includens. et radius communis utriq; circulo à centro ducatur, moveatur hic radius per puncta majoris peripheriæ, eodem tempore idem radius movetur etiam per puncta minoris peripheriæ, et quia nondantur totidem puncta in minori peripheria quot in majori, nihilominus totidem motiones radii dantur, ut videtur in minori peripheria quot in majori, ergo si major peripheria centum punctis constet, & minor nisi quinquaginta punctis, cum radius centum motionibus per centum puncta majoris peripheriæ perambulet, quinquaginta minoris peripheriæ puncta, cen-

centum motionibus in centum ſemipuncta diſtinguet; Et ſi major peripheria fuerit tripla minoris, radius puncta minoris triſecabit & ſic deinceps.

Si linea ex punctis conſtet, aiunt illa puncta ſemper eſſe diviſibilia; nam quodlibet punctum lineæ, & antecedens punctum proxime conſequens tangit, itaq; duo habet latera, uno enim punctum immediate præcedens attingit. & altero immediate conſequens amplectitur, adeoq; unum punctum duo in ſe continet. Centrum circuli eſt unicum punctum; attamen ſi omnes radii à centro in circumferentiam ducantur, hi radii omnes concurrent in centro; adq; adeo centrum totidem oppoſita latera retinet, quot radios in ſe recipit, & unum centri punctum in immunera reſolvitur.

Sexto infinita eſt diſtantia inter ens ſubſtantiale et nihil, ergo minima, particula corporis infinite divideretur priuſquam in nihilum redigeretur.

His tam artificioſis commentis ſic obviam itur, et primum argumentum ſic diſcutitur affirmando, corpus neque intendi neque extendi in infinita poſſe (et corpus eſt iſtud quantitatis ſubjectum de quo nunc agitur) quamvis mens humana additiones & diminutiones complures meditetur, mens tamen non eſt corpus. Si quiſpiam chimæras, & Utopias imaginetur, non tamen inde ſequitur eaſdem in rerum natura exiſtere.

Se-

Secundo & tertio argumento regeritur; quamvis pulveres calcinatorum in particulas, visum effugientes subtilientur, & aurum in tenuissimas bracteas dilatetur, haud tamen in infinitum hæc extenuatio extenditur: quippe corpus finitum in qualibet dimensione fines habebit, tandem enim ad tenuissimum cultum, & subtilissimas minutias deventum erit.

Quartum Argumentum nihil auxilii aut consilii corpusculis adfert ut infinite divisibilibus, cum lucem non esse corpus aut materiam supra ostensum sit.

Quinto non est quod lineas mathematicas ostentent cum non sunt corpora; sed formæ corporum figurativæ. Sed ad diagrammata respondeamus. Et primo medium punctum lineæ tripunctalis non bisecari intrepide affirmamus; nam in lineis imparium punctorum, (*e. g.*) trium, quinque, septem, novem, &c. jactura puncti est facilis: punctum enim est omnis longitudinis, latitudinis, & profunditatis expers, ut postea patebit, adeoq; in bisectione, lineæ non opus est punctum bisecetur; sed satis commode alterutrum lineæ segmentum potest puncto supernumerario gaudere; cum nulla longitudo puncti omissione, aut additione nulla dimensio augetur, vel minuitur. Quamvis intellectus unitatem diminuere in fractiones & fractionum fractiones diminuere novit; non tamen sequitur materiam toties posse à natura diffringi; intellectus enim Utopias, & Chymæras

mæras excogitat, quas natura nunquam produxit.

Ad ſecundum diagramma trianguli æquicruri reſpondetur, eſſe fallaciam ſitus, ducatur enim quadratum vel quodvis parallelogramum *a. b, c. d.* ducatur etiam diagonius *a. c.* adjiciatur huic parallellogrammo aliud ſimile & (*n*) *a. d. e. f.* & ducatur etiam diagonius *a. c.* atq; in his duobus parallellogrammis triangulum æquicrurum *e. a. c.* apparet; affirmo omnes lineas rectas quæ poſſunt tranſverſe per duo crura *a. c.* & *a. e.* trianguli æqui cruri *a. e. c:* ducuntur per puncta linearum paralellarum & æqualium (*n*) *f. e.* & *b, c,* at pauciora puncta continentur in lineis *f. e.* & *b, c,* quia breviores ſunt, quam in lineis *a, e* & *a, c,* adeoq; lineæ nequeunt ſecundum numeros punctorum quæ in utroq; crure trianguli æquicruri coutinentur deſcribi; quare argumentum à triangulo æqui cruro ductum eſt ſophiſmus: hiatus enim relinquuntur, & vacua puncta interlineas ab uno crure in alterum ductas, unde linea quælibet ſuperior pauciora puncta baſi habet.





Ad tertium diagramma duorum circulorum concentricorum & per quorum ircumferantias unus & idem radius movetur. Reſpondetur negando

negando tot dari motiones in minori peripheria quot dantur in majori; nam quo brevior est linea mota, eo tardius movetur, et quo longior est linea mota, eo celerius movetur. Ergo pars radii a centro ad minorem peripheriam quinquaginta punctorum duplo tardius movetur radio integro ad majorem peripheriam centum punctorum protenso sagitta nervo arcus tensi aptata & ad dimidium suæ longitudinis protracta, nec longe, nec celeriter volat; at si ad totam suam longitudinem protrahatur, longius et celerius pervolat. Quicquid longius spatium, transcurrit est celerius eo quod brevius tantum spatium eodem temporis intervallo permeat ut patet instantia vectis: nam inæqualiter, à fulcro quolibet sustentata, scilicet longius segmentum sit *a. e.* brevius autem sit *e. o.* Quo temporis spatio. *e. o.* attollitur, & exiguam circumferentiam *f. o.* ducit, eodem *a. e.* descendit, et majorem peripheriam *a. b.* describit: major potentia motiva est in *a. o.* quam in *e. o.* adeoq; majorem lineam & arcum major potentia metitur.

Quod

Quod magis adhuc patet ſi minus ſegmentum E. C. ſit radius minoris rotæ, & majus ſegmentum *a*, *e*. ſit radius majoris rotæ: utraq, rota minor minorem lineam, major majorem deſcribet; nam utraque rota lineam ſuæ peripheriæ æqualem ducet.



Hic obſervandum quodlibet punctum motus inſtanti temporis non reſpondere: nam velox aquila multa longitudinis pervolat puncta eodem inſtanti quo limax unicum proſerpit. Clare ergo patet partem radii minoris circuli ſemper moveri, cum totus radius in majori circulo circumvertitur; ſed partem radii in minori circulo cum unum punctum permeat

lente, totum autem radium celerius in majori circulo plura puncta eodem temporis articulo percurrere. Unde nec moras causamur in parte radii, nec radium fractum iri metuimus.

Quartæ instantiæ sic occurritur negando punctum ex duobus ad minimum lateribus constare: nam extima superficies cujuslibet corporis habet aliam internam superficiem. Extima hæc superficies est latitudo profunditatis expers. Hæc superficies est in lineas secabilis, extrema ejus linea habet à tergo lineam immediate proximam, esto ergo minima superficies quæ ex duabus tantum lineis constitit, & hæc extrema linea est longitudo omnis latitudinis & profunditatis expers. Hæc linea est in puncta divisibilis, & ultimum ejus punctum à tergo punctum sibi immediate proximum habet, esto ergo minima linea quæ ex duobus punctis sit. Hoc ultimum punctum est longitudinis, latitudinis & profunditatis expers; adeoque nullas habet partes, & in nullas partes est divisibile. Punctum adeo exile est ut situs ejus cum reliquis punctis omnem oculorum aciem effugiat. Nec quispiam putet centrum circuli esse multilaterum. Est commune quidem duabus aut tribus diametris, ab unaquaque harum potest absorberi: ut in duabus lineis transversis quarum utraq; tribus punctis constat ambæ lineæ simul additæ nisi quinq; puncta exhibent; siquidem punctum medium est utri-

que

que lineæ commune . . . quare non habent sex puncta. Detur circulus lucis radios omnes in centro concurrentes dabit, quia lux est immaterialis, & lucis radii, se mutuo penetrantes in centro: at circuli materialis puta lignei, vel metallici radii omnes non concurrunt in centro, quia materia dimensiones suas nequit penetrare, omnes enim radii extremitatibus integram peripheriam constituunt, siq; hi omnes in centro concurrerent integra peripheriæ linea in punctum constringeretur.

Sextum argumentum sic diluitur negando infinitam esse distantiam inter corpus quodlibet minimum & nihil: omnia enim corpora tam maxima quam minima sunt finita, & finitum non habet infinitam distantiam aut magnitudinem. Cum aiunt nefas & blasphemum esse putare corpusculum aliquod dari minimum quo minus Deus, creare nequeat. Respondetur absurdum esse in cursu naturæ ad supernaturalia accurrere, non quæritur quid Deus infinite Gloriosus creare valeat; sed quid hactenus in rerum natura creaverit. Deus certe Unitrinus est Omnipotens, suæ tamen legi non Contradicit. Cum dicunt eum corpus minus minimo creare posse, idem est ac si affirmarent rectitudinem ipsam posse fieri curvam, & tempus præteritum posse revocari circa quæ non versatur Omnipotentia, cum Deus hæc esse immutabilia mundo durante decreverit, & tam sancte asseritur Deum posse, &

 hactenus

hactenus creasse corpusculum quo minus dari neqneat.

Jam Deo aspirante particularum infinite divisiblium argutias repressimus, jam restat ut rationis irrefragabilis ventilabro hæ particulæ prorsus dissipentur, ac primo dicimus si particulæ in infinitum divisibiles darentur, corpus finitum majus esset infinito: esto enim lapillus aliquis finitus & terminatus, pulviculi qnos hic lapis in se continet (ut ætites laxas arenulas in gremio suo complectitur) sunt, ut aiunt, ettam infinite secabiles; at nullo modo in infinitas minutias granum pulueris comminui potest, si non has minutias in se habeat: totum ergo lapidis corpus in se infinitos numero pulviculos continet, & singulæ ejus arenulæ sunt infinite divisibiles, & habent in se partes numero infinitas, necessario unaquæq; arenula erit infinita (cum tamen unicum actu, detur infinitum) at hic lapillus multa imo infinities infinita in se continet, & mirum dictu ipse lapillus cunctis his infinitis major, est tantum finitus. Unicum infinitum est toto cœlo stellato licet spatioso majus; hic tamen lapillus qui pugno celari potest, est multis infinitis capacior.

Secundo: si particulæ in infinitum secabiles darentur tunc nullum corpus alio majus esset nam, ut volunt, omne corpus infinite secari potest, et si minimum corpus partes numero infinitas contineat, corpus maximum plures habere

nequit. Elusio est dicere in partes infinite majores, unum corpus dividi et alterum in partes infinitas minores contrahi; quia si illæ partes infinitæ numero majores adhuc possunt in plures partes subdividi, non erunt numero infinitæ; cum partibus numero infinitis plures dari nequeant.

Tertio: si particulæ in infinitum divisibiles darentur, idem esset finitum et infinitum, ut manifestum est in instantia lapilli superius allati.

Quarto: corpus ex aqueis et terreis particulis compositum, has habet particulas seorsum aut numero finitas, aut infinitas: si utraq; particularum classis fuerit infinita tunc dantur duo simul infinita, quod fieri nequit; cum unicum Infinitum omnia occupet: si fuerint finitæ numero, tunc totius compositi partes simul additæ numero etiam finitæ erunt; quia infinitus numerus non ex duobus finitis consiltit.

Sed quam lepide his et multis aliis hujusmodi satisfacere moliuntur, cum fateantur nullum corpus actu partes numero infinitas continere, sed nullum corpus tam minutum esse quin adhuc in particulas minutiores dividi possit, etiam infinitis vicibus comminui: facetè profecto quasi corpusculum in infinitas minutias redigi possit, si illæ minutiæ prius corpori non adessent, in quas corpus illud separari posset: nam corpus omnes arenulas illas habet in se conjunctas, utiusquam illæ ase invicem separari queant.

Et ut hæc responsio plane sibilescat, nuper declaratum

hactenus creasse corpusculum quo minus dari neqneat.

Jam Deo aspirante particularum infinite divisiblium argutias repressimus, jam restat ut rationis irrefragabilis ventilabro hæ particulæ prorsus dissipentur, ac primo dicimus si particulæ in infinitum divisibiles darentur, corpus finitum majus esset infinito: esto enim lapillus aliquis finitus & terminatus, pulviculi quos hic lapis in se continet (ut ætites laxas arenulas in gremio suo complectitur) sunt, ut aiunt, ettam infinite secabiles; at nullo modo in infinitas minutias granum pulueris comminui potest, si non has minutias in se habeat: totum ergo lapidis corpus in se infinitos numero pulviculos continet, & singulæ ejus arenulæ sunt infinite divisibiles, & habent in se partes numero infinitas, necessario unaquæq; arenula erit infinita (cum tamen unicum actu, detur infinitum) at hic lapillus multa imo infinities infinita in se continet, & mirum dictu ipse lapillus cunctis his infinitis major, est tantum finitus. Unicum infinitum est toto cœlo stellato licet spatioso majus; hic tamen lapillus qui pugno celari potest, est multis infinitis capacior.

Secundo: si particulæ in infinitum secabiles darentur tunc nullum corpus alio majus esset nam, ut volunt, omne corpus infinite secari potest, et si minimum corpus partes numero infinitas continet, corpus maximum plures habere ne-

nequit. Elusio est dicere in partes infinite majores, unum corpus dividi et alterum in partes infinitas minores contrahi; quia si illæ partes infinitæ numero majores adhuc possunt in plures partes subdividi, non erunt numero infinitæ; cum partibus numero infinitis plures dari nequeant.

Tertio: si particulæ in infinitum divisibiles darentur, idem esset finitum et infinitum, ut manifestum est in instantia lapilli superius allati.

Quarto: corpus ex aqueis et terreis particulis compositum, has habet particulas seorsum aut numero finitas, aut infinitas: si utraq; particularum classis fuerit infinita tunc dantur duo simul infinita, quod fieri nequit; cum unicum Infinitum omnia occupet: si fuerint finitæ numero, tunc totius compositi partes simul additæ numero etiam finitæ erunt; quia infinitus numerus non ex duobus finitis constitit.

Sed quam lepide his et multis aliis hujusmodi ariſsacere moliuntur, cum fateantur nullum corpus actu partes numero infinitas continere, ed nullum corpus tam minutum esse quin adhuc n particulas minutiores dividi possit, etiam infinitis vicibus comminui: facetè profecto uasi corpusculum in infinitas minutias redigi ossit, si illæ minutiæ prius corpori non adessent, n quas corpus illud separari posset: nam corus omnes arenulas illas habet in se conjunctas, riusquam illæ ase invicem separari queant.

Et ut hæc responsio plane silescat, nuper declaratum

ratum reminiscantur corpus minimum ex duabus superficiebus, & minimam superficiem ex duabus lineis, & minimam lineam ex duobus punctis constare.

Alia etiam evasio in rebus tam seriis non minùs jocosa, excogitata est; infinitum scilicet in infinities infinita dividi (nigro simillima cygno.) Hoc est dicere unum esse plura, totum et quamlibet singularem ejus partem æquari; nam nihil majus est infinito, at quælibet totius pars est infinita, et ipsum totum majus infinito nequit esse. Vel asserere finitum esse idem cum infinito: nam cum infinitum in plurs infinita dividitur, una pars infinita intra terminos aliarum partium finitimarum continetur. (& pars est minor toto) ergo finitur vel terminatur (nam sunt synonima) ergo pars infinita est etiam finita.

D. Ex hac descriptione patet tandem minimas dari particulas, quibus minores natura non admittit, ergo quicunq; putaverit exiguum calculum infinita sua divisibilitate posse subtilitate suarum particularum dilatari, & spatium non minus cælo stellato occupare, hunc toto cælo aberrare constat. Dighius in eleganti sua oratione de pulvere sympathetico septem adfert principia quibus mirabilem illius pulveris vim à particularum infinitè divisibilium motu profluere argumentatur. Primum principium est aera luce solari plenum esse. Secundum, Hos radios solis attollere esse. Secundum, Hos radios solis attollere

& secum has particulas deferre: quod illustri instantia radiorum lunarium stabiliri nititur, qui radiis pelvi argentea reflexi humorem manibus lavandis suppeditant, atq; radios lunares ait esse jubar solare à globo lunæ reflexum, quod à globo lunæ humidas particulas abradit, earumq; farcinam secum ad terram, & alias mundi regiones asportat. *Tertium*, Particulas has esse in infinitum divisibiles. *Quartum*, aera plenum esse his particulis. *Quintum*, has particulas sæpe extra sem tas suas diverti. *Sextum*, Has particulas ab aliis similibus attrahi, particulas Hispanicarum vitium florescentium à doliis vini Hispanici in Anglia repositis attrahi, unde in dolia intrare tunc temporis observantur, vinaq; illis contenta penitus corrumpi. Eodem modo ferina in artocreis multo butyro soudita mense illo quo cervi luxuriant, & coeunt cum fœmellis, ferina artocrearum quæ particulas cervorum spermaticas per aera volitantes ad se allicit, tunc temporis corrumpi & grave olere.

Igneis cepis etiam calidas particulas aeris pestilentialis attrahi. *Septimum*, Alias particulas coromistas etiam attrahi, quod ostendere molitur, exemplo lactis in labello bullientis super focum cujus si aliquot gutt æ bulliendo ioundent, & in ignem subter positum subsiliant, quarum gutt arum particulæ ab igne dilatatæ, ab uberibus vaccæ, quæ lac istud exhibuit, illico extrahuntur, & quia hæ particulæ jam igne

ratum reminiscantur corpus minimum ex duabus superficiebus, & minimam superficiem ex duabus lineis, & minimam lineam ex duobus punctis constare.

Alia etiam evasio in rebus tam seriis non minus jocosa, excogitata est; infinitum scilicet in infinities infinita dividi (nigro simillima cygno.) Hoc est dicere unum esse plura, totum et quamlibet singularem ejus partem æquari; nam nihil majus est infinito, at quælibet totius pars est infinita, et ipsum totum majus infinito nequit esse. Vel asserere finitum esse idem cum infinito: nam cum infinitum in plures infinita dividitur, una pars infinita intra terminos aliarum partium finitimarum continetur. (& pars est minor toto) ergo finitur vel terminatur (nam sunt synonima) ergo pars infinita est etiam *finita*.

D. Ex hac descriptione patet tandem minimas dari particulas, quibus minores natura non admittit, ergo quicunq; putaverit exiguum calculum infinita sua divisibilitate posse subtilitatem suarum particularum dilatari, & spatium non minus cælo stellato occupare, hunc toto cælo aberrare constat. Dighius in eleganti sua oratione de pulvere sympathetico septem adiert principia quibus mirabilem illius pulveris vim à particularum infinitè divisibilium motu profluere argumentatur. Primum principium est aera luce solari plenum esse. *Secundum*, Hos radios solis attollere esse. *Secundum*, Hos radios [illegible]

& secum has particulas deferre: quod illustri instantia radiorum lunarium stabiliri putant, qui radiis à pelvi argentea reflexi humorem manibus lavandis suppeditant, atq; radios lunares ait esse jubar solare à globo lunæ reflexum, quod à globo lunæ humidas particulas abradit, earumq; farcinam secum ad terram, & alias mundi regiones asportat. *Tertium*, Particulas has esse in infinitum divisibiles. *Quartum*, aera plenum esse his particulis. *Quintum*, has particulas sæpe extra semitas suas diverti. *Sextum*, Has particulas ab aliis similibus attrahi, particulas Hispanicarum vitium florescentium à doliis vini Hispanici in Anglia repositis attrahi, unde in dolia intrare tunc temporis observantur, vinaq; illis contenta penitus corrumpi. Eodem modo ferina in artocreis multo butyro condita mense illo quo cervi luxuriant, & coeunt cum fœmellis, ferina artocrearum quæ particulas cervorum spermaticas per aera volitantes ad se allicit, tunc temporis corrumpi & grave olere.

Igneis cepis etiam calidas particulas aeris pestilentialis attrahi. *Septimum*, Alias particulas coromistas etiam attrahi, quod ostendere molitur, exemplo lactis in labello bullientis super focum cujus si aliquot gutt æ bulliendo ioundent, & in ignem subter positum subsiliant, quarum guttarum particulæ ab igne dilatatæ, ab uberibus vaccæ, quæ lac istud exhibuit, illico extrahuntur, & quia hæ particulæ jam igne fla-

flagrant ubera à quibus attrahuntur sæpæ lædunt cui ramedio præsenti esse perhibetur sal supersusum guttis lacteis in ignem decidentibus; salis enim particulæ lacteis particulis admistæ servorem ignis extinguunt, hæ enim una cum parriculis lacteis ad ubera deferuntur; Spiritus salis digitum igne inustum liberat. Satis ad hæc & hujusmodi responsum est superius in argumento à magneticis operationibus deducto sed particulatius ad singula discutienda nos applicabimus.

E. Primum ejus principium falsum est luce solari totum aera repleri, nam in novilunio cum nullus lunæ splendor terram ferit, (ergo nec solis radius) cum luna solis jubar non terram versus reflectat, & sol cum luna noctu sub horizonte lateant, certe lux solaris supra horizontem intra limites aeris meteorici, qui est aer infimæ & mediæ regionis non radiat, & si tunc temporis aer nebulosus sit, lux reliquorum planetarum, & syderum non penetrat nubes, quum nigræ nubes sunt opacæ; non autem diaphanæ: ergo tunc cum nox atra circumvolat umbra, aer meteoricus est omni exteriori luce vacuus.

Principium ejus secundum. Hujus lucis fonte Sole postea decedente, aer frigescit, et lampas se recipit; et aerem contrahit, et particulæ aeri meteorico etiam innatantes descendunt.

Princi-

Principium tertium has particulas esse infinite divisibiles supra refutatum est.

Principium quartum aera esse refertum his particulis; transeat hac cautione eas particulas non radiis solaribus inequitare, nec in infinitum divisibiles esse.

Principium quintum has particulas ab aliis attrahi transeat.

Principium sextum præcipue vero à particulis ejusdem densitatis, & raritatis, ejusdem levitatis, aut graviratis, aut ejusdem figuræ, veritati dissonum est; nam guttæ olei ejusdem aquæ innatantes non se attrahunt, cum sint ejusdem levitatis, raritatis & figuræ: at electrum paleas attrahens, nec figura nec consistentia, nec pondere cum paleis consentit. Quoad instantiam vini Hispanici in doliis Londini repositis, notandum est particulas è vitibus Hispanicis inter floreſcendum, promanantes, esse densas in Hispania patria sua, sed eas pauco comitatu et raro Londinum accedere, à contrariis ventis, & particulis contrariæ naturæ prohibitæ. Præterea, si vasculum aquæ plenum fumum qui magnas ædes densa nebula & caligine repleat, adsse attrahit totum, profecto hæ particulæ, si ita foret, reperientes plurima vini dolia in ipsa Hispania, certe ab illis magnis & numerosis doliis penitus absorberentur, nec ultra patriam illis progredi liceret. Quæritur curego vinum Hispanicum Londini corrumpitur eo tempore quo vites in Hispania florent.

Re-

Respondetur non per materiales particulas: sed per lampada vitalem ut supra ostensum est de naso Germanico faciei Italicæ appositio. Si pergas quærere quomodo cervina butyro recondita, et pane siligineo incrustata, & quando cervi cum fœmellis luxuriant, tanto fœtore oleat, Respondetur non per materiales particulas; sed per vitam mediam, & lampada quæ adhuc in cervina restat, quæ pro posse suo omnia vitæ integræ munia æmulatur, & luxuriosam libidinem anni tempore solito sua graveolentia prodit. Quoad cæparum attractivam qualitatem, Respondetur cæpas in sua etiam vita media sale sulphureo abundare, idcirco adse particulas sulphureas attrahere.

Sexto principio sublato non laborandum est de septimo quod ei superstruitur. Fabrica hæc septem columnis superstructa, cum earum quinq; suffossa fuerint, tota corruit.

CAP. VI.

De spatio in quo materia continetur.

SPatium est extensum immobile realiter distinctum à materia, luce, & spiritu creato, à quo materia, lux, & spiritus creatus continentur, & in quo moventur. Dicitur etiam locus internus: Locus autem recte definitur (n) superficies corporis ambientis proxima, est lo-

cu

cus illę extremus.

Cartesius nullum aliud spatium agnoscit, nisi ipsius materiæ trinam dimensionem quæ una cum materia movetur, & abeâ inseparabilis est. Quod inter alia ejus dogmata falsum esse hoc argumentum Henrici Mori Cantabrigiensis philosophi, aliis omissis, aperte demonstrat, quatuor hæc axiomata per se nota, & manifesta præsupponit.

Primum.

Nullius corporis superficies corpore quiescente moveri potest, aut corpore moto quiescere.

Secundum.

Nullum corpus ad aliud corpus quiescens propius accedere aut ab eo recedere sine motu locali potest.

Tertium.

Nullius corporis potest fieri motus localis nisi transeundo per aliquod extensum.

Quartum.

Omne corpus localiter motum movetur adæquate per loca illę quæ motu suo acquirit.

Esto pro cylindro duas vel tres uncias alto, & super terram immotam circulus H. K. M. H. poluſq; illius axis circa quem movetur, superior & inferior. A. A. manifestum est quod superficies cylindri extima separat se à concava superficie aeris ambientis per partes puta H. I. à concava parte H. I. pergitque ad I. K. & sic de cæteris.

Unde patet totam superficiem convexam cylindri

moveri in orbem, ac proinde quod totus cylindrus in orbem movetur per axioma primum.

Sed nullum corpus movetur nisi transeundo per aliquod extensum: ergo cylindrus transit per aliquod extensum per axioma tertium: sed per nullum extensum transit extra ambitum H. K. M. H. ergo per extensum intra illum ambitum transit sed per suam ipsius extensionem non transit, quia simul cum ipsa circumfertur; ergo per aliud extensum transit (n) per internum locum sive spatium quod occupat, per cujus partes transive posset (n) ab H. A. I. ad I. A. K. quod demonstrandum erat.

Rursus supponamus in eodem cylindro majore H. K. M. H. sex foramina cylindracea B. C. D. E. F. G. aequalia totidemq; minores cylindros eisdem foraminibus insertos superficiebusq; concavis horum foraminum aequatos & contiguos ponaturq; aliquod corpus quiescens extra majorem cylindrum, sitq; corpus P. Moveatur: jam denuo major cylindrus H. K. M. H. circa axem, A. A. secundum ordinem literarum H. I. K. &c. Apparet tametsi minores cylindri superficies suas non separent immediate, nec à superficiebus foraminum suorum nec à superficie aeris majorem cylindrum ambientis quod nihilominus moventur localiter: nam dum major cylindrus movetur ab H. ad I. cylindrus vero E. propius ad illud accedit. Nullum corpus ad aliud corpus quiescens propius accedere: aut ab eo recedere sine motu locali potest per axioma secundum nec omnino moveri localiter

liter risi transeundo aliquod extensum, per axioma tertium, sed cylindrus B, per nullum extensum extra majorem cylindrum transit, nec penetrat ipsum corpus cylindri C. cum ad C. accedit. igitur cylindrus B. succedit tantum in cylindraceum spatium C. & cylindrus C. in spatium cylindraceum D. & sic de cæteris. Quod demonstrari oportuit.

Tertio deniq; esto cylindrus major H. K. M. H. vitreus vel crystallinus, & minoris cylindri B, tingatur axis B. B. Rubeo colore: tum celerrime circumrotetur major cylindrus circa suum axem A. A. & ratio, & imaginatio, & ipse oculus videbit cylindraceum annulum describi cujus altitudo erit A. A. vel B. B. diameter vero B. F. Sed hæc figura nec describitur extra cylindrum majorem, cum diameter annuli ex utraq; parte minor sit diametro majoris cylindri rectis. R. B. & E. S. nec describitur in ipso vitro vel crystallo cum omnes partes vitri vel crystalli coagmentatæ simul moveantur. Relinquitur igitur quod describatur in loco interno, quod erat demonstrandum.

Cartesiani

moveri in orbem, ac proinde quod totus cylindrus in orbem movetur per axioma primum.

Sed nullum corpus movetur nisi transeundo per aliquod extensum: ergo cylindrus transit per aliquod extensum per axioma tertium: sed per nullum extensum transit extra ambitum H. K. M. H. ergo per extensum intra illum ambitum transit sed per suam ipsius extensionem non transit, quia simul cum ipsa circumfertur; ergo per aliud extensum transit (n) per internum locum sive spatium quod occupat, per cujus partes transire posset (n) ab H. A. I. ad I. A. K. quod demonstrandum erat.

Rursus supponamus in eodem cylindro majore H. K. M. H. sex foramina cylindracea B. C. D. E. F. G. aequalia totidemq; minores cylindros eisdem foraminibus insertos superficiebusq; concavis horum foraminum aequatos & contiguos ponaturq; aliquod corpus quiescens extra majorem cylindrum, sitq; corpus P. Moveatur: jam denuo major cylindrus H. K. M. H. circa axem, A. A. secundum ordinem literarum H. I. K. &c. Appareat tametsi minores cylindri superficies suas non separent immediate, nec à superficiebus foraminum suorum nec à superficie aeris majorem cylindrum ambientis quod nihilominus moventur localiter: nam dum major cylindrus movetur ab H. ad I. cylindrus vero E. propius ad illud accedit. Nullum corpus ad aliud corpus quiescens propius accedere: aut ab eo recedere sine motu locali potest per axioma secundum nec omnino moveri localiter

liter risi transeundo aliquod extensum, per axioma tertium, sed cylindrus B. per nullum extensum extra majorem cylindrum transit, nec penetrat ipsum corpus cylindri C. cum ad C. accedit. igitur cylindrus B. succedit tantum in cylindraceum spatium C. & cylindrus C. in spatium cylindraceum D. & sic de cæteris. Quod demonstrari oportuit.

Tertio deniq; esto cylindrus major H. K. M. H. vitreus vel crystallinus, & minoris cylindri B. tingatur axis B. B. Rubeo colore: tum celerrime circumrotetur major cylindrus circa suum axem A. A. & ratio, & imaginatio, & ipse oculus videbit cylindraceum annulum describi cujus altitudo erit A. A. vel B. B. diameter vero B. F. Sed hæc figura nec describitur extra cylindrum majorem, cum diameter annuli ex utraq; parte minor sit diametro majoris cylindri rectis. R. B. & E. S. nec describitur in ipso vitro vel crystallo cum omnes partes vitri vel crystalli coagmentatæ simul moveantur. Relinquitur igitur quod describatur in loco interno, quod erat demonstrandum.

Cartesiani



Carteſiani ſuis ipſorum oculis diffidentes, quia Carteſius motum localem definit, tranſlationem unius corporis è vicinia eorum corporum quæ id immediate contingunt, & tanquam quieſcentia ſpectantur in vicinia aliorum. Huic definitioni innixi negant cylindrum minorem B. ad motum majoris cylindri H. K. M. H. localiter moveri, quia è vicinia nullorum corporum quæ eos immediate contingunt tranſferuntur. Sed iſta definitio eſt falſa, quia ſic ſequeretur quodunum corpus propius accederet ad aliud corpus quieſcens, aut ab eo longius recederet abſq; omni motu contra axioma ſecundum.

Secundus error in motu locali Carteſii eſt cum ait motum eſſe reciprocum, nec poſſe corpus A.

B. transferri ex vicinia corporis C. D. quia simul intelligatur corpus C. D. transferri ex vicinia corporis A. B. quæ assertio tam veritati est dissentanea, ac si diceretur ripam moveri dum fluvius eam præterlabitur. Nec evadere licet si asseratur hic intelligi situm utriusq; corporis reciproce mutari. Esto enim corpus A. B. cujus utrumq; latus à duobus corporibus E. F. & C. D. cingatur; dumq; E. F. versus H. movetur, eodem tempore C. D. versus G. movetur: unde plane sequitur quod A. B. movetur in I. & K. duobus contrariis motibus in duas contrarias partes simul. Supponemus corpus A. B. fixum in basi, terrâq; quiescente; ergo non omnino movetur per axioma primum: ac proinde & movetur & non movetur simul.



Secunda evasio Carteſii eſt, extenſionem corporis in longum, latum et profundum ſpatii eandem

dem esse cum illa quæ constituit corpus, sed in eo differre quod extensio corporis sit singularis extensio autem spatii sit generica. Sublato ergo lapide ex quo libet loco extensio ejus singularis, & à lapide inseparabilis etiam tollitur, extensio tamen loci in quo fuerat ut pote generica occupata ab alio corpore eiusdem figuræ & situs remanet ac ita vim prioris demonstrationis eludere conantur Carefiani verbigratia cum concludebatur partem majoris cylindri, N. A. H, succedere in locum partis, H. A. I. & minorem cylindrum B. in locum internum minoris cylindri. C. &c. Respondebunt nullum esse locum internum partis, H. A. I. aut cylindri C. revera distinctum ab ipsis dimensionibus partis H. A. I. aut cylindri C. concipitur utrobiq; quasi permanens extensio quædam in genere in H. A. I. & cylindro C. quæ congruit parti N. A. H. & cylindro B. reliquis partibus, minoribus cylindris. Hæc tamen evesio est omni logicæ contraria : nam natura singularis a generica separari neqnit, ut hic cylindrus C. a loco suo interno C. clare separari intelligitur. Certe si locus internus C. esset extensio generica cylindri C. quando cylindrus C. reliquit illum locum desineret etiam extendi aut saltem desineret esse idem numero cylindrus. Genere enim sublato, tolletur & species, & individuum, cylindrus etiam C. mobilis est locus tamen ejus cylindraceus

immo-

immobilis. Ipse locus internus C. est singularis quia hic, & nunc deprehenditur esse, quod naturæ genericæ non competit: ergo locus cylindraceus C. non est extensio ejus generica (idem de cylindro crystallino tenendum) nec specifica, sed aliquid aliud ab ipso realiter diversum.

Neq; est locus internus inadæquatus materiæ conceptus (qui constat ex motionibus nequaquam materiæ repugnantibus, sed plane consentaneis nec tamen adæquatis) nam notiones ex quibus constat locus internus sunt immobilitas, & penetrabilitas, quæ materiæ penitus repugnant, nec ulla vi ab interni loci natura excludi possunt.

Tertia evasio Cartesianorum: nec mundum, nec ejus spatium quod cum mundo identificatur (quamvis Cartesius mundum nullos habere fines asserit prin: part: 2. articulo 21.) sed possibilitatem materiæ, vel capacitatis in qua materia possit esse infinitam agnoscunt. Ab illis autem quæritur utrum hæc capacitas partium distantiam & actuale intervallum in se contineat. Si hoc negant Negabunt etiam ens potentia & ens actu in unum idemque ens coalescere: nec potuit Bucephalus actu separari à Bucephalo potentia dum actu existeret. Ergo si locus internus cylindraceus B. sit nihil aliud nisi possibilitas materiæ, in unum eandemq; rem coalescet cum ipsa materia cylindri B. attamen & separari potest, & moveri à loco interno B. cum ipse locus internus B. immobilis sit ut nuper demonstratum. Cum cylindrus B. a loco interno cylindraceo B. recessit, & in

 eu

eundem succesſit cylindrus G. patet cylindrum G. coaleſcere cum illo interno loco B. qui locus erat niſi potentia cylindrus G. nunc eſt actu cylindrus G. unum duntaxat ens actu ex uno ente potentia fieripoteſt, nec ens actu diſjungi ab ente potentia quamdiu actu eſt, adeoq; cylindhus B. qui reliquit locum intetnum B. & cylindrus G. qui in eundem succeſſit ſunt unus idemq; cylindrus, & tamen in diverſis locis ſimul, cylindrus G. in B. & cylindrus B. in C. Hæc Morus in enchciridii ſui metaphiſici capite 6. & 7.

Unicum hoc argumentum addo: obtendatur cylindrus vitreus jubari ſolari, jubar illud totum cylindrum penetrat, ut ſuperius probatum eſt in argumento à luce ducto, cylindrus ſuam trinam dimenſionem, & extenſionem longitudinis, latitudinis & profunditatis habet, tum quæ realiter differt a cylindro vitreo eſt alia (*n*) ſubſtantia, habet ſuam trinam extenſionem aliam à cylindri trina extenſione ibidem, ergo illic ſunt duo ſpatia ſecundum Carteſium; cum tamen impoſſibile ſit duo ſpatia; coaleſcere in unum, at revera & cylindrus, et jubar ſunt in uno et eadem ſpatio quia una et eadem extenſio et jubar, et cylindrum vitreum continet, quæ eſt immobilis, cum tamen propria cylindri vitrei extenſio eſt mobilis, et removetur cum cylindrus removetur, et propria extenſio jubaris eſt itidem mobilis, et diſcedente jubare illinc diſcedit,

at

at extensio illa quæ cylindrum, et jubar continebat ibidem manet immobilis, ad alias substantias recipiendas apta: angelus item Potest penetrare lucem, Deus penetrat angelum; ecce quatuor substantiæ eandem occupantes dimensionem. Deus est ipsa immobilis immaterialis immensitas.

CAP. VII.

De Vacuo.

MAgna à diebus antiquorum fuit concertatio de vacuo, id est, utrum detur spatium trinæ extensionis in quo purum nihil continetur. Epicurei & quidam alii plane agnoscunt. Cum aqua, inquiunt super ignem ebullit majus spatium occupat, quam cum non bulliebat, quod fieri nequit nisi partes materiæ aqueæ dehiscant, ut exundent ad majorem extensionem occupandam; nam prius cum non bulliebant tota ejus moles minori spatio tantum sufficiebat, ergo eadem moles majus spatium sine vacuitatibus non implebat. Idem dicendum de aere in intimo recessu Thermometri concluso, qui calore expatiatur & frigore comprimitur, et de multis aliis instantiis. Priusquam hunc nodum solvamus, aliquot argumentis nullum in toto orbe dari vacuum probabo. (1) Quia purum nihil nullum implet spatium. (2) Quia illud nihil ipsoente,

creato (n) ſubſtantiis creatis longe nihilum ſuperantibus potentius eſſet; nam vim totius univerſi retunderet, & partes univerſi à coalescendo, & uniendo prohiberet. (3) Ipſum nihil haberet, exiſtentiam ſibi contradictoriam; nam ſpatium illud ſomniatum magnitudine aliqua circumſcriberetur, atq; adeo inter quanta conſcriberetur, figuratum itaq; eſſet, adeoq; menſurabile, atq; duo vel plura vacua quantitate, & figura diſcrepantia, relationes entis in ſe recerperent, unum vacuum eſſet majus aut minus alio. (4) Nullus cœlorum aut mundi influxus eſſet; quia lux ſydernm in lucem inferioribus abditam agit (ſimile enim ſuo ſimili gaudet, ut calor gallinæ quæ ovis incubat latentes ovorum calores excitat) at lux ad nihil accedens ſtatim influxum deponeret; quia nullum ens habet in quod agat. (5) Partes ſimilares, puta aeris, ſe invicem attrahunt, & attrahendo in unum ad vacui evitationem concurrunt. Imo partes diſſimilares idem peragunt, ut multifario, & indubitato experimento comprobatur: obvertatur vel invertatur phiala angusti colli candelæ ardenti, & in aquis inſidenti, aer phialæ incluſus calore candelæ dilatatur, at candelâ extinctâ comprimitur, & minori ſpatio continetur, unde ne vacuum detur ſpatium, aqua cui candela inſidet, contra naturam gravitatis phialam aſcendit, & quantum opus erit, implet: natura vacuitatem horret.

B. Quoad ſolutionem argumenti ab aqua, aut aere expatiato ducti, notandum eſt per totam molem materiæ mundanæ lucem interiorem diffundi. & in tota luce ſpiritum reperire, lux materiæ moderatur, & ſpiritus luci immediate, & materiæ mediate dominatur: lux ergo irritata materiam per minima concuſſat, & extendit quonſq; ſtiſcat, aut eandem comprimit. Si lux aliquod gratum perceperit, materia dilatatur, leni & grato calore ſanguis frigefactus expatiatur, ſi vere odioſum quid perceperit contrahit ſe lux, & materia quæ eſt ejus integumentum comprimitur, ut aqua magno, & intenſo frigore in glaciem conſtringitur. Solet etiam objici vas cineribus impletum multum adhuc aquæ poſſe imbibere. Reſpondetur aquam illam nequaquam imbibi priuſquam aer cineribus inplicitus extrudatur. Aut ſi vas aquæ plenum magnam copiam cinerum calentium in ſe adhuc recipiat, id fit quia multum aquæ calore cinerum in vaporem reſolvitur, & ſecum ſubtiliores cinerum particulas aſportat, & ex vaſe aſcendens relinquit locum qui cineres capiat. Concluditur ergo licet aqua bulliens, & aer Thermometri dilatatus multis rimulis, & hiatibus fatiſcant, vacuitates aliquas materiæ dari, ſed eas interiori luce repleri, & eas non eſſe meri *nihili* habitacula, non datur enim omnis ſubſtantiæ vacuitas, quamvis materia quibuſdam vacuitatibus dehiſcat.

CAP.

CAP. VIII.

De laxitate & constrictione materiæ.

LAxitas materiæ est ubi lux libere per materiam & omnes ejus minimas particulas diffusa materiam dilatat, minutias ejus extendendo, & distrahendo; suis viribus & radiis distentas, sustinet.

Constrictio materiæ est ubi lux interior sese contrahens, materiam cui libere dominatur, in arctius spatium etiam contrahit.

Profunditas lucis se in superficiem, adeoq; superficies in lineam se quandoq; contrahit, ut patet cum major pars fabricæ interioris ædium in a bractea alba dorso speculissima (quæ est latitudo sine profunditate) cum profunditate sua sit clare spectabilis, modo speculum intra domum erigatur: profunditas illa ædium ex multis superficiebus constitit, quæ omnes in unam superficiem, quæ est imago in superficie speculi, evanescunt, quæ ex multis lineis constat: linea lucis, imo ipsa trina lucis dimensio in punctum quasi gracilescit, ut in experimento illo optico Baptistæ Portæ, cujus medio hominum in plateis ambulantium spectra per rimulam tenebrosi cubiculi undiquaq; nisi in hac rimula conclusi, in terius ab alba charta huic rimulæ objecta reflectuntur. Ubi lux quæ in punctum fere angustiam cum rimulam

rimulam ingrederetur esset diminuta, paulatim se extendit, & suas dimensiones adauget dum ad chartam objectam perget; non solum unius hominis, sed numerosæ multitudinis imaginis quæ à luce illam illustrante abstrahuntur, in illius rimulæ puncto, uno & eodem temporis instanti absq; omni tumultu, & molestia cohabitare possunt.

Interior lux cum à luce amica exteriori foveatur, se & materiam quam moderatur paulatim extendit, unde glacies, & metalla, & resinæ & quælibet alia corpora in liquores fusa majores exerunt dimensiones quam prius cum constringerentur, aut cum denuo rigescent unquam habent. Cum autem lucem exteriorem inimico charactere signatam percipit (ut supradictum est de actione frigoris) se cum materia qua induitur cito recipit, & minore loco est consenta, ut cum aer Thermometri contrahitur, quando ejus interior lux inimicum saturni aspectum percipit. Eodem modo lampas vitalis quæ sanguini puriori, & defæcatiori inest cum aspectum amicum jovis percipit exhilaratur; at cum saturni aspectu tangitur, statim turbatur, & tristatur.

B Trium materiarum primarum signatarum, vulgo trium elementorum, Aer est laxior aquâ, & hæc est laxior elemento terræ: Terra est horum elementorum constrictissimum, ideo frigidissimum, aer autem est horum trium minime

frigi-

frigiditate præditum (quia est elementum laxissimum.

Hic notandum laxitatem quæ in elementis sedem & nomen habet, alio nomine dignosci in materis signatis concretis (*n*) Raritatis: & constrictionem, quæ locum habet in elementis, densitatem in materiis concretis appellari. Raritas & densitas varietates materiarum respiciunt; ut laxitas & constrictio lucis interioris libertatem in materia præcipue simplici et elementari, sed aliquando etiam in concreta, ut variis in odoribus, coloribus. Laxitas & raritas sunt affines non tamen prorsus eædem: ita se habent constrictio & densitas.

CAPUT IX.

De Duratione materiæ.

4. MAteria non fuit ab æterno; quia totus mundus cujus materia est pars non est ab æterno ut postea probabitur Materia tamen postquam creata est (quod etiam reliquis substantiis creatis convenit annihilari nequit nisi ab Ipso Creatore. Quamvis fumus metallorum evanescere videatur; non tamen in nihilum redit; sed inter alias exhalationes in aeris regione existentiam habet. Sunto homines a feris devorati, quæ feræ tandem in piscium escam cedant, qui pisces in quadrupedum edulium veniant, qui quadrupedes postea putrescant

ſcant"; attamen hominum corpora aut pulveres cadaverum humanorum facile ab omnibus aliis pulveribus inter reſurgendum ſeparantur, devorata non annihilantur; licet aliis materiis commiſceantur. Scobs chalibis admiſta farinæ, piperi, arenæ & aliis pulveribus, ſi magnes propius hos pulveres admoveatur, ſcobs chalybea aliis pulveribus, ſi magnes propius adhibitis pulveribus relictis, ſtatim ad magnetem advolat. Stannum, cuprum, argentum, aurum, in unius metalli faciem, inſtar æris Corinthiaci colliquata, arte tamen ſpagyrica aquis ſeparationum ſegregantur. Multo magis pulveres vel qualeſcunq; particulæ humanæ materiæ licet in aereas ſubtilitates evaneſcant, ex aliis materiis Manu Dei ſecerni poſſunt.

Particulæ materiales poſſunt multis modis à ſe invicem divelli & ſeparari, ſed cum ad minimas perventum eſt ulterius ars, aut natura, aut creatura progredi nequit, quia earum exiſtentia à Deo Creatore ſuſtinetur.

Porci ſquillis veſcentes, poſtquam in verubus aſſati fuerint eorum carnes guſtatæ ſquillam ſapiunt. Auſeres etiam Scoticani halecibus convivantes, poſtquam ab igne toſti fuerint, haleces guſtati ſapiunt. Halecum materia ab auſeribus devorata, in utriuſq; morte à materia auſerum diſtinguitur.

CAP.

CAP. XI.

De Diaphanitate, & opacitate.

A. Diaphanitas est modus secundum quem materia est luci pervia: ficq; ubi materia est minutatim in omnibus suis minutiis sine poris connexa. Porus est cavitas aut foramen heterogeneâ materia repletum, ut pumex arenosus lapis cavitatibus aere refertis scatet, unde levitate sua aerea aquis instar ligni innatat. Opacitas autem est modus quo materia fit luci impervia.

Hîc triplex materia præcipue consideranda est (*n*) terrea aquea, & aerea: terræ poros aqua & aer ingrediuntur: aquæ vero poros arenulæ, lapilli, pulveres, & quandoq; fumi aerei implent qui in bullas abeunt.

Diaphana si adventitiis & heterogeneis materiis sint libera, sunt pure diaphana; si vero materiis extraneis impediantur, minus diaphana apte appellantur.

Si quælibet superficies lævigatione debitâ à poris libereur, objecti species cum suis coloribus & figuris ab ipsa reflectitur, at in superficiem poris asperam, Jabar solare, aut objecti species intrat; at non integraliter reflectitur.

Lux à lævigata superficie non reflecteretur, si non ab opacitate quadam tergo speculi quæ ad-

adhæret alio deflecteret. Omne diaphanum imagines reflectit, modo ejus posterior & aversa superficies tenebris, aut corpore opaco vestiatur: nam totaliter sine obstaculo apparentiæ per diaphanum usq; ad tenebras in opacitatem dorsi speculi hærentem pergunt; quare lux in omnibus punctis superficiei poris vacuæ apparet; ergo tota soliditas diaphani ex ejusmodi superficiebus poros non habentibus componitur. Superficies enim asperæ non imagines perfectas; sed colores solum retorquent. Si pannus rubeus radiis solaribus immittatur è regione & prope parietem lapideum cubicularium sub tecto, ille paries rubeo colore licet non panni imagine decorabitur, quia superficies porosa non pertotum reflectit.

Vitrum ex heterogeneis & opacis pulveribus sæpe excoctum vi intensi caloris furni uniformiter per omnes minutias digeritur; lux sive calor heterogeneitatem disgregat, unde summo calore materia vitri in vitrariorum fornace fit homogenea, & ni exquisite defæcata, unde vitrum fit limpidum, & exquisite coquatur, bullæ apparere solent, & vitrum fit colore onustum; cumq; bullæ in eo apparent, hæ bullæ radiis solaribus trajectæ umbram sat visibilem ad interiorem clepsidræ arenam transmittunt.

B. His præmissis vitrum, & præsertim chrystallum bene depuratum (adeoq; diaphanum) poris esse immune, chemicorum experientia etiam

tiam comprobante affirmamus. Si in collo retortæ ros aliquando inveniatur, id fit, acrimonia vaporum in retorta contentorum, qui tandem temporis diuturnitate vitrum peredunt, isti pori sunt adventitii, non autem vitro connascuntur, aut per se insunt.

Thermometer idem etiam confirmat, ubi vitrum nec aeri, nec aquæ inclusæ penetrabile est: nam hic aer calore dilatatur, & aquam contiguam pellit, neutiquam tamen per vitrum spirat. Si odio vacui aer inclusus exteriorem aera per latera vitrei instrumenti ad se traheret, ille novus aer adventitius non iterum evanesceret; sed in vitro permaneret (quia nullum vacuum, qua de causa hic novus aer extraheretur è thermometro, exteriori aeri ambienti inest) & si exiret reliquum interiorem aera thermometri secum educeret. Sitandem hic novus aer in vitro permanet, singulis dilatationibus deinceps novus aer priori adderetur, totum tandem vas vitreum aquâ extrusâ impleret.

Secundo si attractio fieret, aer potius exterior interiorem foras alliceret (major enim vis imperat minori) moles exterioris aeris per portiunculam illam thermometro inclusam attraheret, et minime ab ista portiuncula attraheretur; at aer isti inclusus tandem evanesceret, & aqua sedem ipsius possideret.

Tertio aqua titidem est diaphana; & aer thermometri non perfluit aquæ poros: quia aqua co-

taliter huc & illuc ab aere contiguo interiore truditur, qui motus non fieret si aer per aquæ poros transpiraret.

Quarto vapores chemici vicro Hermetico inclusi nihil pro poris vitreis agunt. Cum spiricus tartari extillatur, ni rima in cucurbita vitrea relinqueretur, vas illud medium disrumperetur, & spiritus ille indomitus vitrum undiquaq; clausum minutatim diffringeret. Si in vase optime lutato, vel potius Hermetice sigillato (cum vas vitreum vitro fuso claditur) ne commissuræ transpirent, & subtilitates corporis in illo vase digesti per poros & rimulas elabantur. Si corpus vitro inclusum externo calore lacessitum ad collum vitri ascendat, & forsitan odorem foras ad nares vibret, ille odor non per vitrum sed per lutum perspirabile prodit: nam ex vitro Hermetice sigillato nullus odor effiatur: sed corpus in fundo residens (tanquam draco in antro) cum aere vitri hospite fere vinctus detinetur, & aer ille nisi volutando parum movetur. Sicut oleum lini in pixide accensum statim supprimitur, & suffocatur, post aliquod temporis intervallum ignis (teste Porta) reaccenditur; lux è medio pinguedinis à vinculo liberata spatium ad movendum liberius acquirit.

Si corpus aliquod organo chemico inclusum temporis diuturnitate minui videatur; partes tamen illius corporis non evanuere in nihilum, sed situm tantum permutavere, partes enim volatiles

latiles diutina decoctione vitrum ascendunt, & aer vitri incola depressus in earum vices succedit, partes etiam volatiles per lucum transpirabiles sunt.

Vitrum quia immune a poris est, tralucet; at bulla vitri umbram reddit, & vitrum in pulveres contusum non transparet: quia singuli pulvisculi suas umbrulas per aerem inter pulveres fluentem, & per socios pulveres transmittunt, & cumulate eas condensant.

Reminiscendum poros fieri umbrosos per materiam heterogeneam, non autem per lucem aut spiritum, aer Thermometro inclusus calore dilatatus, licet lucis interiori agitatione debiscat, & vacuitates plures admittat, non tamen fit umbrosior; quia hi hiatus non extranea perfunduntur materia: lucis enim vi sola patescunt.

Ex vario diaphanitatis gradu, discrimen minus diaphanæ & magis diaphanæ materiæ exoritur: vitrum quia aliquid tenebrarum in se permistum habet, est aere minus diaphanum. Exiguæ tenebræ per diaphanum diffusæ eria non exigua efficiunt. Primo magnitudines majores veris & genuinis spectandas exhibent: hinc sol, & luna cum in horizonte oriuntur, majores visui apparent, quam cum in meridiano culminant: quia parva exhalationum, & vaporum profunditas supra vertices nostros vagatur; non enim multa ascendunt miliaria; magna tamen est in-

tercapedo

tercapedo exhalationum non pure diaphanarum inter oculos noſtros, & ſolem orientem, tota terræ ſemidiamiter vaporibus contegitur. In ipſa etiam caligine objecta videntur eſſe quam ſolent grandiora, ut navicnlæ præternavigantibus magnitudines vaſtarum navium exæquare videantur. Hoc etiam pictores norunt, ideoq; colores umbroſos picturis inducunt, ut ſuperficies picta profunditatem ſimulet, quapropter viſibile per medium obſcure diaphanum, & majus apparet, & propius accedere videtur. Hinc nummus argenteus in fundo vaſis aere pleni depoſitus, ſi quiſquam adſtantium tam procul à vaſe recedat, ut nummus ille viſum effugiat, aquâ deinde nummo à quodlibet ſodalium ſuperfuſâ, ſtatim nummus fit viſibilis: fundum(n) vaſis orificio ſuo propinquius apparet, et intra triangulum viſuale nummi apparentiam infert. Eodem modo ſol cum adhuc ſub horizonte latet quadam ſpiſſiori aeris temperie, ante ortum ſuum matutinum ſplendere ſupra horizontem conſpicitur, non abſimili arte mira quædam ſpectra concinnantur, imagines tanquam à ſpeculo excurrentes. Hinc etiam microſcopus ortus eſt, ex hac officina, tubus Galiſæi in pubiicum prodiit, curru quaſi optico mortales ad ſyderea regna evehens, ubi præter tenebras diaphanas majoris perſpicilli, ejus figura, & diſtantia à minori conſideranda ſunt.

Si quæras unde hæ tenebræ in corpore diaphano oriantur. Reſpondetur & exquibuſ-

dam

dam poris, vitrum enim non adeo exquisite deparatur, quin quædam heterogenea corpuscula, ac etiam poros in se tenet, aqua autem heterogeneis pulviſculis ſæpe obſcuratur, ſed etiam quia materia aquea aut vitrea, aut gemmea eſt aere conſtictior, & plures in ſe particulas diaphanas in eadem magnitudine, & ſpatio quam aer qui eſt rarior continet, & has omnes particulas radii viſibiles permeant, & in ſingulis videntur: ergo in vitro majores videntur, quam in aere ubi ſunt pauciores particulæ in eodem ſpatio quas perluſtrent.

℄ Secundo tenebræ lucem congregant; quia lux exterius rutilans lucem organi viſivi interiorem ad ſe foras attrahit, unde multorum oculi debilitantur. : Quædam diaphana ſole lucente non ſatis viſibilia umbrarum ope viſui patent, ut roridi & lenes imbres in apertum campum ipſo meridie demiſſi, ſæpe prius tactu, quam viſu percipiuntur; at ſi nigrorem in janua domus tenebroſæ aperta à tergo imbrium perſpexerimus, tunc illos imbres oculis clare cernimus. Hinc iridis colores in obſcuro aere non ſine oblectamento conſpiciuntur, & artificiales irides umbrarum miniſterio elegantes habentur, ut in priſmate cryſtallino, vel vitreo, in bullis aquæ ſaponi commiſtæ, oris ſpiritu per calamum gracilem illius aquæ guttulam petſiante exitatis, & in glacie diaphana lapſu ponderoſi lapidis ſemifracta & à ſole coruſ-

tuſco illuſtrata, & in rivis fontium ex umbroſo præruptо defluis. Me legiſſe memini iridem in aqua marina apparuiſſe cum quidam Gallus ex nova in veterem Galliam remearet. Iris eſt ſignum fœderis Dei cum hominibus, orbem terrarum aquis non iterum obrutum iri.

D. Tertio, tenebræ ſecundum varios ſuos gradus in materia diaphana cum luce colores componere, ut perſpicue in iridis productione apparet. Hic tamen de coloribus opticis, non de coloribus nativis concreti ſit ſententia.

Supra oſtenſum eſt diaphanitatem ex poris rectilineis non conſtare, quos poros ait Carteſius à ſubtili materia lucis extrudi. Quæ aſſertio cadit per inſtantiam cubi cryſtallini ſuperius allati. Eſto etiam phiala vitrea aquæ plena, patet ex antedictis de aqua & aere Thermometri aerem Thermometri ab aqua prohiberi ne exeat, multo magis à vitro ipſo impediri: ergo lux non extrudit aera ex poris rectilineis corporis diaphani (*) aquæ aut vitri.

Et quia Carteſius lucem eſſe ſubtilem materiam ait, atq; aerem ex poris illis rectilineis ab aere extrudi: notari poteſt porius ſubtilem materiam facilius ab aere pelli, quam aerem ab illa, quia ut antea monitum eſt, materiam quò ſubtiliorem eò mobiliorem eſſe, aqua quia craſſior facile aerem obvium expellit; neq, aerem poſſe dimovere aquas niſi compreſſus, & violenter

iple motus fuerit ab alio motore, ut prius dictum fuit in experimento tubi lignei.

CAPUT XI.

De motu materiæ.

A. Motus est actio substantiæ in substantiam, ex uno modo in alium; materia autem quia est pure passiva non agit ex se; sed lucis interioris vi agit, spiritus agit lucem, & lux materiam, materia autem materiam agit lucis ope, ut ignis qui est lux materiæ immersa, & unita, liberius se exerens, & materiam extendens agit, et movet aerem & aquam calefaciendo.

Dicitur actio substantiæ in substantiam, quia substantia per se existit, accidentia vel modi in vel per substantiam existunt, & eorum motus in substantiæ motu fundatur, ut quantitas movetur, & augetur in accretione: quia substantia et in plantis, & animalibus se extendit.

B. In motu duæ ad minimum substantiæ concurrunt, & substantiæ agentis motus dicitur actio; substantiæ autem mobilis motus dicitur passio, ut cum aqua ab igne calefit, ignis agit, aqua patitur calefaciendo, utriusq; motus est calefactio activè in igne movente, & passive in aqua mobili. In motu datur modus à quo sive terminus a quo, media vel modi per quos, & modus vel terminus ad quem: ut cum homo ad ole-

oleſcit, terminus aquo eſt prima & minima ejus quantitas, vel ſi mavis eſt nulla quantitas: modi per quos ſunt gradus accretionis ſucceſſivi à minori ad majorem, modus vel terminus ad quem eſt perfecta ſtatura. [Notandum medios modos non eſſe terminos a quo, & ad quem. Hactenus prius elucidatum eſt motum non infundi materiæ; ſed à luce materiæ unitâ motum materiæ oriri. Motus in materia ſpectabilis eſt vel accretio, decretio, figuratio, maturatio, calefactio, frigefactio, humectatio, exſiccatio, induratio, emollitio, motus localis qui eſt vel circularis ut planetarum, vel recta progreſſio ut ſagittæ morus, vel fluvii in recto alveo curſus, vel retrogreſſio ut refluxus maris in planitie arenacea, vel aſcenſus vel deſcenſus ut in levibus & gravibus. Huc etiam violenti motus (motus violentus eſt cum mobile naturale præter, ſupra, contra naturam movetur, ut cum lapis aut cum aliud corpus grave ſurſum pellitur contra naturam ſuam; cum naturaliter deſcendit) ut pulſio cum globus à funditore pellitur, & tractio cum currus ab equis trahitur: vectio licet lenior ſit attamen ſit in re quæ vel pellitur, vel trahitur: Ut inſidens currui, aut epibata in navi ſive marina quæ notiſſima eſt, ſive terreſtri ut Sinenſi naviculâ rotatâ, cujus velum ventis commotum, navigium per planitiem celerius curru agitat.

C. Notandum eſt materiam unico motu pro-

prio simul & semel moveri, ad unam scilicet regionem, non ad plures, aut ad duas contrarias; lapis projectus ad unam partem tendit, boream scilicet vel austrum, non simul ad boream, aut austrum. Potest miltus fieri motus aliqualiter & progrediendo, & descendendo simul, ut in motu parabolico, sed non fit ad contrarias partes simul & semel (*u*) & ascendendo, & descendendo. At mediate unum & idem corpus varie simul moveri potest, ut horologium in pera navigantis, & suo proprio motu, & motu hominis id deferentis, & motu navis in qua navigat, & motu maris.

CAP. XII.

De fluore & consistentia.

A. MAteria necessario fluit, quandoq; ut figurarum impressiones recipiat (ut cera liquata effigiem Alexandri) et ut materialiter alii materiæ ficciori cóntemperetur, ut aqua solet cum calce concorporari: et tandem ut materia luci promptius obtemperet, et huc illucq; pro lucis imperio protrudatur.

Ex fluore, qui est motus materiæ, humiditas oritur. Humiditas est modulus secundum quem materia est inflabilis in loco, & à stabili corpore continetur intra cujusdam loci limites, nullius determinatæ figuræ; sed quam-

libet

libet figuram facile sine sui diminutione recipiens, sed non retinens: aqua quam phiala continet est phialatæ figuræ, et metallum fusum cum fluit, & liquidum est, Samsonis, Davidis. & apostolorum effigies simulare potest. Aer statuæ concavæ inclusus eandem cum statua figuram obtinet.

Facile sine sui diminutione: nam siccum & durum marmor figuram sculpendo recipit; sed non sine fragmentis simulacrum sculptile fingitur.

Sed eam non retinens: sicut mollia, ut cera figuram recipit, & retinet.

Siccitas est humiditati contraria: estq; figuræ determinatæ, ut colnmna marmorea.

Humiditas ex nativæ & interioris lucis per totam materiam libera expatiatione oritur; hinc illa interior lux, si exteriore calore ut in destillationibus chemicis fieri solet, alliciatur, materiam subtilem quæ à chemicis appellatur spiritus, facile suppeditabit; ex siccioribus vero qua prius destillando exugitur, & ex humida aqua postea spiritus elicitur.

Quædam materiæ & fluere,& consistere possunt, ut cera, &metalla quæ cum fluunt humida, cum consistunt sunt sirca.

B. Apertissime patet omne corpus siccum in primo ipsius ortu fuisse humidum: quia si fluxile non fuisset, lux figuram naturalem imprimere nequivisset, cum influxibilitas & consistantia

sistentia intensionem & extensionem negant. Nonne animalium durissima ossa ex materia fluida originem ducunt? Nodosa quercus nonne ex succo quem semen ejus ex terra attrahit? Fulio sola restabitur metalla ex humore orta esse, & durissimas gemmas ex metallis ortas quis negabit? Datur etiam aes dissolvendissimum in liquores: siccissima arena, & aridi cineres vegetabilium à calore exteriori fortiter excitati fusionem dant. Sed fusius Deo dante de his in tractatu concretorum.

CAP. XIII.

De motu sympathetico materiæ, de gravitate, & levitate.

PRimæ materiæ signatæ quæ dicuntur elementa (*a*) terra, aqua, & aer motum sortiuntur sympatheticum, si earum partes confundantur (*b*) terræ, aquæ & aeris (inclusi vesicæ, subeti vel pirili; lignis aut pumici) & agitatione admisceantur in vase, & tandem suis propriis motibus permittantur: statim materia aere plena summa petet, terra autem quæ strictior est fundum petet, & aqua medium obtinebit locum. Hinc aerea & levia sursum ad aera tendent; gravia (*c*) ut lapis (pumice & similibus exceptis) deorsum tendent.

Gravitas est modulus secundum quem ter-

re

rea quæ non aere referta sunt, & aquea ad clementum terræ, & aquæ ultro pergunt. Levitas est modulus ubi aerea sursum ad aera sponte petunt. Vel una voce *Pondus* est modulus secundum quem corpus ad patriam libenter redit, terreum, ad terram, aqueum ad aquam, aereum ad aera naturaliter redeunt. Gravia sursum quandoq;, ut globus plumbeus ex tormento bellico, pelluntur, ultra tamen non ascendunt sed descendunt, ut globus postquam sursum violenter explosus fuerit, tandem naturali motu ad terram revertitur.

Corpora; nam lux & spiritus quoquoversum se exerunt sol in omnes oras jubar suum diffundit.

Ultro & Sponte] ut à violentis projectionibus distinguatur: plumbum violenter sursum projicitur, at cum vis illa violenter plumbum deferens cessat, plumbum statim in terram ubi natum fuit, recurrit. Follis fabrilis ita collocari potest, ut aera deorsum expiret, sed iste non est proprius aeris motus. Lapis in aera conterminum impulsus tandem per aera, & aquas marinas descendens non sistitur priusquam terram attingat ibi enim quiescit. Siq; terri perforaretur diametraliter, Saxum per illum canalem ad antipodas demissum in medio itinere (Si terra integrum sphæræ axem occupet) sisteretur; nam centrum usq; sit descensus; sed à centro oppositam superficiem versus sit ascensus, qui levibus corporibus non gravibus com-

competit. Centrum enim gravitatis eſt punctum quie is. Aqua autem pluvialis per aera ad aquam deſcendit, ibiq; manet; ſi vero terram prius attingat, quam ad aquam perventum fuerit, a terra fuit, i. e. quia ipſum aquæ elementum a terra fuici, & aqua pluvialis ſibi meatum per terras ultra longitudinem duodecim pedum imo pauciorum, teſte Seneca, aperire nequit. Vesica vento extenſa, magno pondere ad fundum aquæ depreſſa, quamprimum illud pondus ablatum fuerit, non in aquis veſica quieſcit, ſed ſubito ad aerem aquæ proximum aſcendit, ipſe nudus aer ex inferioribus aquis erumpens figura ſphæroidis pro viribus tuetur, donec ad culmen advenerit, & elemento aeris contiguo ſe aſſociaverit, & nomen bullæ obtinet. Pluvia etiam ad ſuum tutamen per aera ad figuram ſphæroidis (non perfecta ſphæricam, ob motum) deſcendit.

Hinc corpus porolum ex aere & terra compoſitum ſi multo aere gaudeat, ut lignum, ſuper aquas fluctuat, & non ſubter aquas ſidit, quia copioſus aer n ativum aeris elementum deſiderat. Aer ſub terris quandoq; deprimitur, ad vacuum evitandum extra patriam degit. Sed de his Deo Dante in alio tractatu plura.

CAP.

CAP. XIII.

Cohæsio & separabilitas materiæ.

COhæsio materiæ est modus secundum quem materia in omnibus vel plerisq; minutiis cohæret. Cohærere est ubi una pars vel particula alii proximæ ita adjacet, ut locum illum & spatium impleat, nulla aliâ particula separatrice intercedente.

In omnibus vel plerisq minutiis, cum diaphana materia quæ est omnium aliarum materiarum poris maxime libera in omnibus fere minutiis cohæret, aliæ materiæ opacæ in plerisq; vel in multis minutiis cohærent, ut lapides & metalla in quorum corporibus pori numerosi abundant, ut patet in saxo, ferro, aut ligno fracto: non autem secto; quia cum ferrâ secantur, aliqualiter etiam levigantur, & pori illi opplentur.

Diaphana fluida, ut aqua & aer, facile cohærent, & facile divelluntur.

Separatio materiæ est modus secundum quem una materia alteri in nulla particula cohæret; ut arenæ.

Sicci pulveres minutissime triti materiæ fluidæ beneficio cohærent, ut pollis in minutias separatus aquæ medio in pastam cohæret: aqua enim quæ facile ex se cohæret, imbibilitur à tenuissimo

nuiſſimo polline, & pollinem ſua vi conjungit: at aquæ viribus arenæ non coaleſcunt, quia in ſuis minutiis aquam non imbibunt: nihilominus permiſtæ lapidum calci extinctæ & cohærenti per aquas vinculo conſtringuntur ut cohæreant. Lapides etiam calce & cæmento cohærent, & varii humores, ut olea, gummi, & reſinæ ſunt apta cohærendi vincula.

Metalla cum fluunt etiam cohærent ſed ita ut facile ſeparentur: cum vero aeris frigore rigent, difficilius divelluntur, aut diſcerpuntur. Sed plura de cohæſione, & ſeparabilitate, duritie, & mollitie, fixitate & volatilitate materiæ in tractatu concretorum.

CAP. XIV.

De tribus elementis materiæ terra aqua, & aere, & prima materia.

A. His modis materiæ prælibatis quædam de elementis materiæ dicenda reſtant. Materia creationis aquæ tenebroſæ nominantur in capite primo geneſeos (quod profundiſſima fundamenta divinæ & humanæ ſcientiæ proclamat: ut & hujus quam tracto doctrinæ) unde materiam primam à tot præclaris Philoſophis conquiſitam fuiſſe materiam fluidam, cohærentem (non in particulas ſeparatam) & uniformem diaphanam ſcilicet tenebroſam; ideoq;

ma-

materiam simplicem. Materia enim triplicem considerationem subit. Vel ut est prima simplex materia creationis. Vel ut est materia prima generalis signata distincta ab aliis materiis primis signatis: quæ materiæ dicuntur elementa, quæ sunt tria (*n*) terra, aqua, & aer. Vel tertio ut est materia specialis signata quæ dicitur materia concreta.

Materia illa prima simplex universalis necessario fluida fuit ut ad varias specierum impressiones recipiendas apta esset, ita ut diversos figurarum modulos reciperet in regnis mineralium, vegetabilium, & animalium. Secundo etiam ut vacuum tota sua ditione fluxibus suis prohiberet. Tertio ut luci internæ huc & illuc materiam commoventi obsequeretur.

Materia prima generalis signata sive elementum, diversos gradus subtilitatis & crassitiei, laxitatis & constrictionis, diaphanitatis, & opacitatis, fluoris & consistentiæ, gravitatis et levitatis sortitur. Aer inter elementa hoc sigillo signatur (*n*) est subtilissimum (ideoq; omnium minime friget & comparative respectu reliquorum aliqualiter calidum esse dicitur, quamvis reipsa sit frigidum, metalla enim super ignem fluida, in aere rigescunt) diaphanissimum, mobilissimum, levissimum, humidissimum elementorum.

Diaphanus est mobilis est: transitum enim exhibet omnibus mobilibus, planetis meteoris igne-

igneis, aereis, aqueis, fulmini, vento, pluviis, miſſilibus, ut ſagittis, globis bellicis, volatilibus ut avibus, et quocunq; modo radiantibus, ut luci, coloribus, ſonis, et odoribus, et influxibus ſyderum, et concretorum, ut ſeſe in hoc campo libere exerceant, pervius aer amice ſe omnibus offert.

Aqua omnibus his modis ſed in inferiori gradu gaudet, eſt enim ſubtilis, laxa, diaphana, mobilis, humida, et licet non ſit tam levis quam aer; non tamen tam gravis eſt quam terra; eſt etiam ſuo gradu pervia luci, coloribus ſonis, natatilibus ut piſcibus, et projectibilibus, exhalationibus, et bullis aereis.

Terra autem eſt ad determinationem compoſiti, incertum et inſtabile eſſet (inſtar meteori aerei) ni modos quos recipit rigore indurarit. Terra ergo plerumq; eſt craſſa, contricta, opaca (quia varios gradus diaphanitatis in corpore ſuo confuſo admittit, licet quædam terræ diaphanæ ſunt ut gemmæ) tarde mobilis, ſicca, gravis.

Hiſce ſigillis prima materia creata in tres diſtinctas; at difficilimum eſt has tres ſignatas in primam materiam reducere. Arte humana terra fit aqua, et aqua fit vapor aereus; ſed qui facile in aquam redit; at purus aer condenſari; ſed vix in aquam, aut aqua in terram humana ſolertia tranſmutari poteſt.

Hæc de materia abſolute conſiderata.

TRA-

TRACTATUS TERTIUS DOCTRINÆ SUBSTANTIARUM SIVE Naturæ apertæ.

CAPUT PRIMUM.

De Luce.

EO Duce hactenus horrendas materiæ salebras, & molesta spineta permeavimus: nunc ad festivam lucem, mundi uitam, oculorum delicias, angelorum animarumq; interius vestimentum, cæli stellati decus, & cæli empyræi individuum comitem appropinquamus Patre luminum nos illuminante.

Ni-

Nihil in toto creatorarum orbe luce familiarius, nihil in tota rerum natura luce hucusq; ignotius, & lux quaecætera palàm fiunt hactenus in obscuro delituit: filii lucis fodinam mundi et ipsius terræ visceribus abditam tenebrosa valle circumseptam, ubi smaragdus Hermetis perpetuo virore fulget, & verbo Elysios (non poetarum fictitios) invisamus, ubi incolæ solemq; suum, sua sydera nôrunt: polos super convexa telluris secretis, non dryadum aut nympharum, sed lucidis paradisi choris nos oblectemus, alis tandem angelicis elevati æthereos campos, et empyræum jubar revere nter salutemus. Ut his recte fungamur primo lucem definiamus.

Definitio lucis.

Lux est media substantia inter spiritum et materiam, splendida, calida, materiam quam induit immediate movens, & spiritum immediate recipiens.

C. Lux est substantia, ens per se subsistens; ergo nec est accidens sive modus aut modulus substantiæ nec est ens medium inter substantiam et accidens; sed est substantia media, ergo nec spiritus, nec materia.

D. Lux non est accidens: quia lux materiam ex se vel potius per se movet (lux solaris vapores, et exhalationes ex aqua, et terra attrahit, eadem lux frigidum aera dilatat, maturat se-

geres

getes &c. et quæ ab igne fiunt, à luce etiam fiunt; nam ignis est lux emersa aliqualiter è materia) at accidens materiam ex se non movet, nisi quatenus substantiæ movendi insidet, ut minus pondus à majori in horologio machinali movetur. Quantitas major illi non dat, aut fundat motum; sed motum jam fundatum à terræ attractione (nam terrea ad terram descendunt) in duobus diversis ponderibus trutinæ vel bilancis medio quasi comparat: nam tripondium dipondio præponderat, plura sunt pauciora potentiora, et quantitas nil plus ad motum confert, quam ad quælibet alia subjecti quibus motus inest.

E. Lux perse extra subjectum subsistit: ex sole rivus lucis visibiliter & tangibiliter per aperta domorum, idest, per januas & fenestras influit: at accidens nunquam extra subjectum existit: sanè lux non magis est accidens quia à fonte promanat, quam Ganges et Indus sunt accidentia à suis fontibus fluentia.

Lux non solum movet materiam; sed etiam principio sese movendi est prædita: ex sole tanquam fonte se per æthera vel aera profundit; at accidens non se movet; ergo lux non est accidens.

Lux rerum apparentias ex objectis abstrahit (ut infra elucidabitur) at accidens hoc nunquam per se facit;

Lux immediate materiam pro arbitrio modificat multifarie, quod etiam infra patebit, ergo lux non est accidens.

Lux

F Lux non est medium quid inter substantiam & accidens (ut Helmontius vult) lux enim per se subsistit, ut postea probabitur; at si medium quid esset, partim per se, partim per aliud subsisteret, quod fieri nequit. Ne putes lucem per materiam subsister, cum materiæ in fit (snima corpori in est, attamen non per corpus subsistit; *seiz.* per rem se ignobiliorem) lux est nobilior quam materia, et materiæ dominatur (ut postea fi mabitur) ergo non dependet, aut subsistit per materiam.

G Præterea lux non est accidens (ut nuper ostensum) si non per aliud subsistat, ergo non partim per se, partim per aliud.

Si tandem lux utroq; modo subsisteret *i.* & per se, & per aliud, esset medinm quoddam vel negationis (ut dicitur) *i.* nec esset substantia, nec accidens, tunc nec per se, nec per aliud subsisteret, cujusmodi ens est purnm nihil: si esset medium participationis, tunc esset partim substantia, partim accidens, & partim per se, & partim per aliud subsisteret, atq; adeo non esset tertium quid distinctum à substantia, & accidente, cum ex utroq;, & ex substantia, & accidente componatur.

H Lux non est spiritus, lux terminatur ab opaco, ut apparet in reflexionibus opticis, spiritus non terminatur ab opaco; spiritus enim magneticus aperte pertransit opacitates, & magnec

nes serrâ capsula inclusus chalybem attrahit, & vi magnetica imbuit, quam vis chalybs citra magnetem ad certam distantiam ponatur: ergo spiritus non est lux, aut quod tantundem valet, lux non est spiritus.

Deinde lux figuratur, si motum ejus spectes linea recta procedit, si vero spatium ejus, ex scintilla tanquam centro integram sphæram complet. Solis jubar per vitrum circulare tralucens, cujus vitri medium est crassius reliqua parte ad conum fastigiatur, & condensatur, & comburit, ut in vitris ustoriis apparet: at spiritus non habet angulares figuras sive mathematicas, ergo spiritus non est lux; & lux non est spiritus.

Lux potest videri, at spiritus oculis corporeis immediate videri nequit, ergo spiritus non est lux, & lux non est spiritus.

Lucem nec esse materiam, nec subtilem materiam supra in tractatu materiæ monstratum est, unica particula ex jubare solari extutinequit; at quo subtilior materia, eo mobilior est.

Jam quid lux non sit hactenus indicatum restat ostendendum quid sit, prius tamen notandum ignem esse lucem materia vestitam & impeditam, quare ascendit, claudicat & vento dissipatur, ascendit enim liberiorem aeris in quo se movent campum petens, claudicat à vario aeris motu impulsus: lux pura (cesse solis jubare, vel qualibet luce emersa quæ se ex ma-

 tera

teriæ compedibus extricavit) non solum ascendit; sed etiam descendit, & in omnes partes radiat, & in recta linea absq; claudicatione se exerit, & nullo ventorum flatu, aut machinarum impetu dissipatur, attamen ignis & jubar solis in multis conveniunt: radii enim solares à speculo uniti, & fundunt, & calcinant, & comburunt metalla non secus ac ipse ignis. Obiter autem monendum est flammam istam radiorum fundentium metalla non esse aer arrarefactum atq; ita conversum in ignem ut quidam volunt, nam ignis iste solaris per vitrum tralucens, figuram jubaris in conum aut circiter acuminati retinet cum adurit; atsi aer mutaretur in ignem, quia aer est materia, claudicaret, & à ventis dissiparetur. Nullus aer intercedit inter jubar comburens, & objectum combustibile, nam immediate urit, neq; ignis ilie loco movetur, aut flatu dissipatur, quia non est materialis: præterea aer in se est materia frigida ut superius monstratum est; materia frigida nunquam fiet ignis, lux in materia se potenter exerens fit ignis; unde lignuma ligno valide terebratum dat flammam, quia lux, suum vehiculum vehementer quassatum percipit, lux tunc irritata & se ad vehiculi sui tutelam accingit, & fervorem exitat, & ut rubor faciei à pudore, & tumor carnis abictu, cum sanguis qui à luce et lampade interiore regitur ab anima ad odiosa pro posse suo avertenda stimulatur,

ita *flamma* ab afflictu exoritur. Alias materia ex se nullis moribus urgeri potest ad ea promenda quæ in se neutiquam habet, frigus nullis motibus calorem, et tenebræ splendorem sine miraculo nunquam pepererunt. Accidens nunquam unam substantiam in aliam transmutavit, motus est accidens, mutatio materiæ in lucem, esset transmutatio unius substantiæ in aliam. Hinc patet ignem ex celeri motu neutiquam posse fieri: cum globus plumbeus celeri motu fundirur (rara tamen est hæc avis) id fit ex luce quæ sulphuri plumbeo copiose inest, ubi enim sulphur in lucis penetrali abundat, ibi sine ulla celeritate aut violentia excitatur *flamma*; arundines Indicæ exigno afflictu ignem emittunt, quia sulphure liberiori cumulantur, quod facile *flammas* concipit; Silex quia sulphure non tam libero ditatur majorem violentiam requirit. At ubi lux non tam copiose inventur frustra lux motibus quæritur; Orbis certe saturni qui ad minimum æque celeriter ac ipse saturnus (sive Ptolemaicam, sive Copernicanam hypothesin sectaris) circumvertitur, at saturnus unaquaq; hora multa milliaria pergit, multo sane celerius globo aut sagitta. Ille orbis si celeritatem spectes in ignem orbem mutaretur, qui frigidum saturnum ipso plumbo gelidiorem colliquaret.

CAP. II.

Lux est substantia & tres habet subsistendi modus

4. LUcem esse substantiam in historia lucis subsequenti clarius patebit, nunc tantum jubar solare extra solem per se subsistens in testimonium voco. Hic tamen tria luci in esse, quæ licet inter se distinguantur; una tamen eademque substantia sunt, non autem tria unius integri segmenta ut olim Gallia tripartita fuit nec tres unius compositi partes, ut animal ex spiritu, luce, et materia componitur.

B. Sed ad rem ipsam: hæc tria sunt principium motivum (per quod lux se et materiam movet) principium discretivum (per quod lux visibilia vel illustrabilia singulatim distinguit) principium operativum (per quod exterior lux in interiorem operatur, et interior exteriorem percipit) motivum dicitur motori, discretivum autem Spendor, tandem Operativum Calor.

C Motor est lux prout splendorem & calorem exitat, & exerit. Splendor sive splendidum est eadem lux, prout illustrat materiam & omnes dimensiones per spreum illuminat, et majus perspicuum à minus perspicuo distinguit Calor sive Calidum est eadem lux prout interiorem

lucem

lucem concreti allicit fovendo, laxando et accendendo Calor vero concreti inter accidentia reponitur prout est modus quo lux concreti se olfactui, et gustui, et tactui exhibet: ut etiam color est modus quo lux concreti se visui et speculis affert.

D Hæc tria (n) motor sive vita aut principium vitale (nam vita in motu splendoris et caloris consistit) splendor, et calor revera differunt, licet una et eadem sunt substantia, primo enim sunt variorum sensuum objecta; nam splendor visui calor tactui, et motor utriq; objicitur. Secundo eorum objecta sunt diversa; nam motoris objectum est substantia mobilis, splendidum, et calidum, et materiæ adhoc movendæ. Splendoris objectum est materia lustrabilis, et omnes moduli corporis qui sunt visibiles. Caloris objectum est concretum, vel corpus interiori calore præditum, qui interior fovendus exaltandus, aut eliciendus, qui in viventibus ut vegetabilibus, sole æstivo teste, flores et fructus producente clare cernitur. Tertio: eorum actiones sunt prorsus distinctæ; motor splendorem calorem et materiam movet, spendor materiam illustrat, et huic colores inducit, Calor fovet, odores et sapores dat. Quarto: eorum fines discrepant; motoris finis est spendorem et calorem ad objecta sua deferre, splendoris finis est colorare, et visui satisfacere; caloris finis est olfactui, gustui et tactui respondere; cum motor

à ſpiritu formali excitatur, tunc propriè plantarum figuræ, et decora animalium membra, et organa corporum neceſſaria à motore effigiantur.

E Hæc tria ſunt inſeparabilia (quia ſunt una et eadem ſubſtantia) ſplendor corpori viventi inhærens nunquam calore deſtituitur: imo ſplendor arborum præ annoſitate putreſcentium (qualis erat famati illius ſtratagematis Scotican à Boetio, et Buchanano traditi) et ſplendor etiam peſcium nocturnus calet: arbor enim cremari poteſt, et pisces oleum combuſtibile prebent. Saturni ſplendor frigidus eſt reflexivus et exterior, ut nivis & plumbi à ſile illuſtrati, ille ſplendor non eſt nativus, et metalla tactui frigida ſulphure etiam igneo ditantur. Ubicunq; color hoſpitatur, ſplendorem ibi cohibitare neceſſe eſt, ſterquilinum ex ſtercore equino calet, ex eoq; ſal elicitur qui facile accenditur, et coruſcat Strues frumenti madentis ſæpe caleſcunt, et poſtea in flammas lucentes abeunt. Animal in tenebroſo barathro detentum actualiter calet, et ſplendorem exerit in coloribus ſuis (qui ſunt ſplendores per tenebras materiæ ut candelæ lux per laternam, tralucentes) exerit. Imo ſi lædatur, vel fortiter oculus prematur, et ſubito manibus percutiatur, ſcintillas claræ micantes in ſe percipit. Quorundam animalium oculi ut felium in tenebris actu lucent. Calor manifeſto ſplendore, et ſplendor manifeſto calore deliteſcit

ſæpe

sæpe ; sed nunquam abest. Et splendor, nec calor unquam sine motore existit.

Quodlibet horum trium est substantia : Motor certe est substantia nam quicquid ex se movet est substantia, testibus animalibus : accidens nunquam ex se directe & immediate movet : circulus est accidens aut modulus facile mobilis; se tamen sine substantia motrice circumvertere nequit. Chalybes recurvati horologiorum manualium, & arborum rami violenter a naturali situ adducti, in priorem figuram & situm sponte recurrunt (ut in tractatu characterum concreti traditur) per rigorem lucis interioris. Pondera horologii magnetice à terræ spiritu attrahuntur, & principium motivum omnibus vivencibus inest.

Splendor in se consideratus est etiam substantia; nam in substantiam directe agit; fulgor solis, aut lampadum aut speculorum lucem oculorum ad occæcationem usq; fere extrahunt (accidens aut modus ad se ad nihil attrahit. Neq; calori hæc attractio imputanda est ; oculi enim in hypocausto non fulgido minime læduntur, cum radii candelares, aut lunares legentium oculis sæpe nocent, quorum calor non tamen est magnopere sensibilis.

H. Calor etiam est substantia ; quod vitam fovet est substantia ; at calor vitam fovet gallinarum ovis incubentium, demonstratione ; pulli etiam quovis temperato & continuo calore ex ovis erumpunt. Nihil magis in toto

rerum

rerum orbe vitæ magis symphonum est quam calor.

Quicquid ex se percipit est substantia: calor unus ab alio calore, attrahitur, & calor frigora aut fugit, aut fugat, ut postea fusius patebit.

I. Hæc tria sunt una & eadem substantia; nam sunt inseparabilia, & nullum datur lucis punctum quod omnibus his tribus non una gaudeat; omne enim lucis punctum sphæram radiorum lucidorum emittit; ecce Motor & splendor: & ubicunq; splendor est ibi etiam calor vel remissior vel intensior cujusdam gradus. Siq. hæ sunt substantiæ quæ cum luce identificantur. Ipsa etiam lux erit substantia.

K. Lux in definitione spiritum recipere dicitur. Lux est spirituum visibile vestimentum, ex lucis & tenebrarum contextura omnes colores, & consequenter figuræ oriuntur, unde apparitiones & spectra omnifaria à spiritibus indui possunt. In ipsa Sacra pagina lumen vestis Dei appellatur. *Psal.* 104.

Te Decor auratis ambitte Gloria pannis,
Et circusum vestit pro tegmine lumen.

Deus in flamma è rubo Mosi loquutus est, & Deus ex Sinai per ignem Israelitis Conspectus fuit. Et Gloria Dei lucida Mosis faciem luce decora & illustri insignivit.

CAP.

CAP. III.

De modis lucis.

A. DOminus Deus exercituum myriades creaturarum ſub vexillo ſuo Glorioſo militantes unanimiter pro Jehova, quarum tamen diſcordiæ inter ſe non leves (ut Noti & Boreæ fratrum diſſidentium) perpetuas inimicitias & bella gerant; ai infinita ſapientia diametraliter adverſantes amicis creaturis intermediis contatenaſſet. Hanc rationem lux inter ſpiritum & materiam obtinet, ut hæc duo toto orbe modulorum fere diſſita in unum corpus alliceret, utrique enim communiter favet, & cognata, eſt ſi ſpiritum contemplere, ſpiritus & ſe movet & in inſtanti movet, eſt indiſcerpibiles, omnes lucis & materiæ modulos, percipit, & abſtrahit, eſt capaxſine determinato ſpatio &c. quæ nobis tenoria carnea incolentibus, ipſo nomine miracula propeſunt. Contra autem materia ex ſe pure mobilis, particularim ſeparabilis, ſpatium magnitudine menſurabili complet, & ex ſe dimenſiones non mutat. Lux tandem utriq; amica quibuſdam modulis ſpiritualibus gaudet, nam ſe movet, & quaſi in inſtanti dimenſiones & tuas & materiæ penetrat, eſt indiſcerpibilis, imagines viſibiles per ſe abſtrahit; & lux ſignata quædam alia abſtrahit, quodammodo percipit

et

& lux simul et semel se in omnes situs sphærice extendit. Quibusdam etiam modulis materialibus fruitur: nam instar materiæ mobilis est, et figurabilis, sensibus pleriq; obvia. In lucis ergo pleniore descriptione eam in se primum considerabimus, tam in spiritualibus quam in materialibus modis, secundo quomodo se respectu spiritus. gerat, Tertio quomodo se habeat respectu materiæ solius. Quarto, quomoda cum utroq; in eodem corpore vel concreto cohabitat. Quinto, quomodo una lux signata erga aliam se gerat.

B. primo sciendum lucem à Deo in origine mundi creatam non multiplicare sed quidam asseruere lucem (*n*) generare lucem (ut cum una candela alteram illuminat) et animam generare animam *i.* animam patris creare animam filii non sine impietatis labe dixerunt; solius enim *Dei* est *creare*, Nemo putet spiritum suum impressione sua spiritum alium producere: sigillum pregnantis in embryonem non est anima rationalis, licet pregnans anima rationali sit prædita. Si quis retur magnetem attactu suo consimilem spiritum magneticum chalybi imprimere, advertat ille magnetem excitare spiritum acus chalybeæ, & elevare ut boream & austrum commonstret, & ut alium chalybem magnetice ad se attrahat, utq; ferrum illud spiritu magnetico tinctum novus videatur esse magnes: ferrum tamen cum virgineum est prius-

quam à magnete afficatur, non obscure polum indicat, si (n(acus chalybea particulæ suberis imposita naret super aquam pyxidi inclusam suapte natura Boream, & austrum indicat. Hæc tantum ergo est infectio & elevatio spiritus ferrei; nam ferrum est suo proprio spiritu imbutum. Priusquam magnetem attingat, & licet magnetem nunquam tangeret, ferrum tamen suum proprium spiritum haberet. In productione spirituum cum corpus ad huc in semine latitat, post conceptionem in utero naturæ spiritus imprimitur, & post hunc spiritum formalem fœtus vita durantæ nullum alium nanciscitur. Eodem moto de luce discendum, quamvis una candela alteram illuminet, hoc non est multiplicare lucem; sed lucem alterius candelæ in materiæ centro abditam foras allicere, & potenter exitare ut visibiliter splandeat.

Preterea nullum efficiens potest se ipsum facere: ergo nec spiritus nec lux sese efficiunt. His præmonitis ad modos lucis accedamus.

CAP. IV

Modi spirituales lucis.

A. PRimo ergo, lux se movet & in instanti; sphæra lucis eodem instanti cum ipso fonte effulget, & se diffundit, ut statim à candelæ accensione cubiculum illuminetur. Hoc

uon

non solum in luce visibili sit, sed etiam exterior lux interna ut solaris interiorem lucem materiæ immensam foras provocat ut radios suos etiam in instanti exerat. Nec dicito lucis motum instantaneum esse oculi hallucinationem, licet lignum præustum celeritate sui circulum igneum describat si velociter circum rotetur. Quid enim lineolæ istius circelli ad totum totius maris, et terræ hemisphæricum, quod oculi nictu sole supra horizontem exoriente integraliter à primo oriente ad ultimum occidentem illuminatur.

B. Secundo lux dimensiones penetrat, se contrahit & rursus expatiatur sine ullo additamento aut diminutione cum corpus aut materia diaphana illi objicitur. Si duo autem corpora quorum alterum magis diaphanum, & alterum minus diaphanum minus diaphanum à tergo prioris loci opponatur, lux utrumq; perradiat, sed radiis refractis, ut in diaphanitate materiæ supradictum est: Si corpus vero sit opacum lux non perradiat, sed abeo reflectitur; quia corpus illud variis heterogeneis materiis constat, quas lux uniformiter permeare nequit.

Diagrammata demonstrantia lucem suas dimensiones, atq; etiam materiæ dimensiones in eodem spatio superius, ubi lux esse immaterialis probatur adducta sunt, & quia lux materiam penetrat & eandem extensionem cum ipsa materia occupat, in ipsa creatione lux per

omnes

omnes materiæ dimensiones diffusa est, & materiæ quasi immersa & unita (nam solis jubar aeri & aquæ etiam immergitur sed non unitur ; quia libere per aera vagatur) estq; animæ mundanæ immediatum integumentum. Lux in concretis et singularibus corporibus aut profunde immergitur et compedibus quasi detinetur, ut in lapidibus et metallis, aut aliquando liberius immergitur ; et quandoq; medio modo se habet ad immersionem et emersionem ut in igne culinario, at jubar solis, aut candelæ lucentis per conclave se diffundens, & nullo fere vel vento mobile, (quamvis candelæ flamma agitetur et claudicet) est lux emersa è materia.

Et quoad contractionem. Profunditas se in superficiem, & superficies in lineam & in punctum quandoq; se contrahit ; Linea se in punctum recipit, imo profunditas se in punctum contrahit, cum totum candelæ jubar extincta candela statim se in latibulum materiæ recipit. Si candela illuminata laternæ opacæ imponatur, et hæc laterna alii capaciori includatur, sic deinceps minores aliquot hanc candelam ambientes majoribus immittantur, candelæ jubar sistitur à lateribus primæ laternæ, cujus latere aperto jubar se ad laternæ secundæ laternæ diffundit à quibus iterum sistitur ne ulterius progrediatur cujus latere tandem aperto jubar in laternæ tertiæ profluit et sic deinceps, extremitas hujus jubaris quæ à lateribus primæ laternæ sistebatur fuit ; simplex superficies ; at superficies illa admovit se interioribus lateribus secundæ

laternæ, idem jubar nulla lucis accessione tum duplum (ita suppono) spatium jam occupavit: ergo in prima laterna ad dimidium hujus spatii restrictum fuit. Nonne etiam tota fere cubiculi capacitas cum lectis et aliis contentis à simpli superficie speculi reflectitur, et tota hæc capacitas non solum in superficiei; sed etiam puncti angustiam coarctatur si rima per parietem intergerinum pateat, & hunc rimæ in cubiculo proximo speculum obvertatur Spectrum hujus capacitatis per rimulæ angustiam pertransibit; & à speculo obverso reflectetur.

C. Celeberrima illa duo fundamenta opticorum hue spectant (n) refractionis & reflexionis. Causa refractionis hactenus in diaphanitate ostensa fuit. Reflexio autem ita se habet. Angulus incidentiæ est æqualis angulo reflexionis. Ut pila violenter & perpendiculariter dejecta in planitiem lapideam perpendiculariter resurgit, et magna vi resilit; at si oblique dejiciantur, tota ejus vis non tam plene accipitur à planitie, nam uno eodem motu duplicem ictum respicit decensus scilicet & progressus, & vis projectionis partim utriq; situi inservit adeoq; debilior est dejectione perpendiculari cujus vis unico situi inservit. Præterea quia vis illam pilam projectam deferens paulatim languescit ideo non prorsus eadem vi vel eodem angulo planitie resurgit in quam dejecta fuit: Ac lucis vis est prorsus uniformis per totam motionis

nis lineam quia eſt immaterialis, & quaſi in inſtanti movet, & vis eam deferens eſt nativa propria et non adventitia (lux etiam a ſpiritu movetur ſed aliis modis & ſine reſpectu reflexionis) ut in diagrammate ſequenti.

Eſto *e. b.* ſpeculi ſuperficies, & *a. g.* linea incidentiæ ſive motionis ad ſpeculum, continetur *a. g.* in *d.* per ſpeculum eſto *g. f.* linea reflectionis, & continuetur *f. g.* in *c.* Quia lux movetur eadem vi per totam motionem, ergo cum reflectitur eadem vi reſurgit qua incidebat, ergo eundem angulum reflectendo quem cum ſuperficie ſpeculi fecit incidendo habet; ſi enim minori angulo ſurgeret minuori vi etiam refiliret: ergo quia vis eadem incidendi & reflendi idem etiam utrinſq; angulus: *a. g. b.* æquatur angulo *f. g. e.* & ſi linea incidentiæ permearet ſpeculum & perveniret ad *d.* à puncto *f.* linea continuata in *c.* dant angulos *e. g. d.* & *b. g. c.* æquales ut & angulos *a. g. f.* & *d. g. c.* ſibi æquales quia verticales. Maximus incidentiæ & reflexionis angulus eſt ergo rectus, qui fit à perpendiculari incidentia in ſpeculum.

Tertio lux rerum imagines ab objectis visibilibus abstrahit, et mille rerum apparentias non solum suo lucido jubare; sed etiam sui centri lineâ velut axe rotæ abscondit, ut in diagrammate monstrante lucem suas dimensiones penetrate ostenditur. Tota regio distantiæ inter speculum et objectum numerosis objecti imaginibus repletur, licet non visibilibus priusquam speculum ficu debito applicetur singulis illius interstitii partibus ut in sequenti diagrammate.



A. est objectum B. speculum.

Neq; putandum est has imagines ex objectis sponte profluere: nam si sine lucis abstractione ex objecto effluerent, hæ imagines semper æquales essent, nec ullam contractionem subirent; sed hæ non solum magnitudines sed etiam situs variant ad lucis abstrahentis imperium, quod manifestum est cum imagines deambulantium in plateis per rimulam cubiculi undiquaq; concluſi, et tenebrosi intus tamen dealbati recipiuntur, ubi ab albo linteo vel pariete reflectuntur inversæ, et quo propius linteum parieti admovetur

vetur, eo minores apparent imagines.

E. Quarto lux non potest dissecari, aut minutatim discerpi à materiâ aut vi instrumentorum materialium (à spiritu autem divelli potest ut in sequentibus) si enim partes ejus à se invicem materiæ vi particulatim avellerentur. Aut lux esset atomorum congeries, aut quodam alio modo materialis: si atomalis esset instar pyrii pulveris dispergeretur, in scintillas decideret, et ut prunarum ardentium favillæ minimo labore discuteretur.

Jubar solare conclavium specularia trahucens, ab aere et aura cubiculari prorsus tanquam vena aurea distinguitur, & licet aer pulvereſq; inclusi veuto etiam follium, vel quolibet alio penetrale illud perflant facillime commoventur, Jubar tamen illud immotum velut Marpesia cautes persistit: & quamvis arietes bellicos, & omnes Æoli potestates (quæ domos non raro sternunt, & rigidas quercus eradiant) & bombardarum violentias admoveris, ne micam lucis à jubare excuties, aut concussabis: frustra atomos lucis tenuitate sua visum subter fugere causantur: atomi enim congregati ut in jubare cubiculum interius lustrante, & præsertim cum radii solares speculi ustorii beneficio densantur, satis visibiles sunt. Et sane quo subtiliores essent atomi eo mobiliores essent, & catervatim dissilarentur, F.

F. Si lux ullo modo materialis esset saltem extingueretur. Si ipse oceanus omnem aquarum vim jubari solari superfunderet, nihilominus lux maneret in extinguibilis, si lux esset suffocabilis aut à materia aut à spiritu suffocaretur: non à spiritu; quia spiritus addit luci calcaria, & lucem quamvis torpentem exitat. Non à materia; nam tunc vel ab aere vel ab aqua, vel à terra obrueretur: non ab aere; quia jubar solis intemeratum per illam regionem ad terram & aquam accedit; non ab aqua, nam sol validissime per pilam vitream vel crystallinam aqua plenam combustibilia accendit, imo candela per tale medium radians ad modicam diffantiam circiter semidiametrum illius pilæ ardere videtur in charta alba opposita ad illam distantiam extra globum crystallinum. Non à terra; nam terram diaphanam inviolate perradiat fenestrarum vitrearum testimoniis: ab opaca vero terra reflectitur, adeoq; non extinguitur. Si interrogaveris quorsum jubar abeat cum corpus opacum subito jubari immissum radios cubiculum illuminantes quasi præscindat, ut plane extingui videantur, & tenebræ in illorum vices successerint: facilis est responsio radios illos non perire, aut extingui sed citissime resilire cum corpus opacum immittitur, & angulum reflexionis æqualem angulo incidentiæ reddere. Si pannus aliquis cujus contextura multis hiatibus pilorum scatet, jubari imponatur radii splendore

suo

no hiatus per fluunt & pars radiorum ab opacis filis reflectitur. Radii candelæ extinctæ non annihilantur; sed inter extinguendum subito se intra fumi vesa recipiunt, iste enim fumus ex fungo erumpens reaccendi potest, et lux quæ se intro recepit *flamma* alterius candelæ ad mota foras elicitur. Cum planta aut animal discerpitur, eorum tamen lux nequaquam discerpitur ut in eorum magnetismis apparet. Aer Thermometro inclusus per lucem interiorem sympathisat cum magno aeris orbe; ita portiuncula terræ separatæ cum orbe terræ consensum habet.

G. Quinto, lux quodammodo percipit cum materiæ immersa est: materia à luce signatur & charactere quodam caloris, laxitatis, constructionis, gravitatis & levitatis *&c.* ut supra traditur in tractatu materiæ: unde beneficio lucis unus character alterum percipit, ad amicum vero accedit, & peregrinum refugit, unda aereæ aerem, aquea aquam terrea terram petunt, at ab aere recedunt. Hinc lux materæ immersa lucem exteriorem percipit ut in illuminatione, calefactione, aflatione, coctione, fusione, & similibus.

Frigus etiam à luce percipitur, ut in duritie, siccitate, congelatione: calor etiam animalis rumalem rigorem non sustinens (præsertim cum aliquis à foco calido ad frigidam auram prodierit) introrsum fugit, & cutem relinquit pallidam.

Motum lux immersa percipit cum quis colaphum multa vi impactum in faciem acceperit, statim facies percussa turget ex motu lucis interioris fecum humores rapientis, & ad tutamen faciei subito advolantis eodem: modo violentus ictus mallei in silicem unde ignis emittitur, & lignum cerebratum multis & continuis motibus hac perceptione accenditur. Spina vel acicula digito adactu tumorem, marcorem. & calorem exitat, sanguinem & humorem digiti ex debito loco extubat, cujus particula in deterius vergens simili labe proximum humorem fermentando contaminat, & exinde symtomata non levia enascuntur.

Quies etiam à luce immersa percipitur ut in aqua stagnante, aqua illa enim putrescit; aqua fluens non putrescit.

Tenebras etiam percipit unde oritur varia materiæ coloratio: angustiam loci etiam percipit: flamma candelæ in ampulla vitrea inversa lucens conglobatur, & magis immobilis redditur quia movendi copia partim à fumo, partim à vasculo adimitur, & lux flammæ ad suam tutelam fit orbicularis. Operarii metallici in fodinis sæpe suffocantur à vapore crasso diaphano; nam ibidem candela ardens eodem tempore extinguitur.

Una flamma aliusmodi flammam etiam percipit: candela ardens in medio spiritus vini accen-

censi in orbem redigitur, cum exoticam flammam ambientem percipit.

Aura frigida brumalis flammam reddit lividam, quia *flamma* percipiens frigus illud, se recipiens semiextinguitur, unde *flamma* sit semifumus, liveſcit.

De variis perciptionibus lucis à ſpiritu ſignatæ, in tractatu lucis ſignata agetur.

Lux exterior pira ut *jubar* ſolare variarum materiarum tenebras percipit eas averſando unde refringitur, (*hæc eſt una inter alias refractionis rationes*) ut radius per vitrum, aquam & aera permeans ſimul, at cum tenebræ ſiunt valde denſæ, ut in corpore variis materiis referto, aut paroſo tunc fit *reflexio* ſine refractione.

Sexto lux ſimul & ſemel varie ſe movet: homoſtans in cubiculo interius circum circa planis & multis ſpeculis ornato, ejus imago à multis ſpeculis ſicu differentibus eodem temporis momento *reflectetur*. Si aureus nummus interioti ciſtellæ lateri affixus & lateri adverſo ejuſdem arcul*æ* multa ſpecilla agglutinata fuerint, illa fragula illius aurei imaginem dabunt, atq; unus aureus per hoc locupleſ phænomenon fier multitudo aureorum. Unus & idem ſol, dum ſit eclipſis ab omnibus dioptris, & teleſcopiis obſervantium in una &, eadem regione acceptus, totidem depinget ſoles in albo pariete, aut charta oppoſitâ foramini in quo teleſco-

lescopium locatur modo cubiculum sit, hoc foramine excepto, undiquaq; conclusum, & tenebrosum. Mica lucis tanquam centrum integram sphæram radiorum emittit.

Si quæsiveris utrum centrum lucis quale (non Geometrice sed improprie loquendo) suppominus solem esse, continuo novos radios emittat, an eosdem constanter retinet assero in prima solis creatione solem radios ex se emisisse in ultimos terminos radiorum extensionis (nec in infinitum extenduntur, sed tandem terminantur) eodem modo quo candela primo instante suæ illuminationis jubare suo, quod ex se emittit, totum cubiculum illustrat. Si sol novos radios singulis minutis produceret à principio mundi in hunc usq; diem, ejus pharetra quæ olim sagittas arena numerosiores adimmanem pythona configendum suppeditavit, jamdudum exhausta fuisset, radii tamen iidem qui a principio mundi fuere refringendo & reflectendo moventur. Cum radii ab una parte terræ reflexi, in primo tandem criente reflexionem dimittunt & in longum per aera ab ortu in occasum in instanti pratenduntur, et sol cum eclipsim patitur ejus radii á luna in ipsum retorquentur quasi; attamen post cum luna solem præterierit, iidem statim motu suo recurrunt, & rectis lineis ad ultimos terminos longitudinis suæ excurrunt, qui termini quandoq; sunt longinqui á cælo ad solum.

CAP.

CAP. V.

Modi materiales lucis.

A. HActenus de ſpiritualibus, reſtant jam modi lucis materiales tractandi &.

Primo quamvis lux materiæ ad placitum quaſi dominetur, à ſpiritu tamen ipſa lux pro arbitrio movetur: ergo lux eſt mobilis inſtar materiæ, exempli gratia, in affectibus animi, animus perturbatus perturbationem ſuam luci imprimit, quæ ad præſcriptum iſtius impreſſionis materiam ubi habitat ilico commovet. In pudore animus turpe aut dedecoroſum quoddam abigere cupiens lucem ſtimulat: lux ideo foras prorumpere nititur, & ſecum ſanguinem expeditum lucis vehiculum educens faciem verecundo colore depingit. In timore animus noxium aliquod fugiens, lux una cum animo refugit, & ſanguinem ſecum in interiora abripiens pallorem in facie relinquit. Ita in melancholica paſſione ſpiritus quaſi incarceratur; lux etiam ſpiritus vehiculum inſtar equi domo alligati conſtringitur, & pro illo tempore homo eſt ad omnia munia ineptus. In lætitia animus libere regnat lux libere movetur (ſi lætitia non ſit nimia, ſed potius hilaritas fuerit) & homo ſe libere exercet. Et ut paucis abſolvam vultus hominis ſyllogiſmo irrefragabili lucem animo parere

rere demonstrat. His non obstantibus lux vitali suo principio naturaliter se movet, sphærice & in recta linea, & angulum incidentiæ cum angulo reflexionis servat, lux ergo modos movendi præscriptos ab animo sequitur: equus voluntarius in se principium sui motus habet, motus ejus tamen ab insessore suo, sive ad desultandum, sive ad gradiendum, sive ad certam metam currendum fuerit proarbitrio regulatur.

B. Secundo lux ad modum materiæ est etiam figurata, una & eadem lux sphæram radiorum emittit, ut sol oceanum lucis undiquaq; per orbem diffundit. Non solum; sursum sed etiam deorsum (lux impura, & materiæ immersa sursum scandit, liberiorem scilicet movendi campum desiderans) etiam antrorsum & quoquoversum effulget. Lux etiam figillata vel & exultans, & fontem primum relinquens à spiritu (qui est propria corporis viventis forma) obsignatur, quæ lux materiæ singulari immersa velut novus microlosmi sol in vivificatione embryonis horizontem vitæ ascendit.

Ex hac lucis figura angulus reflexionis, æqualis angulo incidentiæ dignoscitur, imagines opticæ variantur, Solis & lunæ immersio, & emersio, persegmenta circuli mensurantur. Præterea magnitudines, altitudines, & parallaxes planetarum investigantur.

Tertio lux est sensibus plerisq; obvia in splendore, odore, colore, sapore, calore, præcipue dolore, odore, colore, sapore, calore, tamen

tamen visui (quidam aiunt sola accidentia primario & immediate sentiri, cum reipsa substantiæ sensibus immediate apprehenduntur : nam lux per se videtur, odores & sapores ex interiore luce proveniunt, & ipsa materia corporis sensibiliter tangitur) Calor lucis tactui sentitur. Quædam lux tenuior se aspectui subtrahit, ut lumen è jubare promanans : nam velut radix arboris fibras habet, et ex his fibris aliæ graciliores enascuntur, ita radii primæ lucis exserunt alios sed tenuiores & fere invisibiles, jubar etiam veluti trabs rutila cubiculum transversans lumen aliud ; sed dilutius ejaculatur ad illuminandum reliquum cubiculi. Tenuis hæc lux apparentias visibilium quæ visum mortalem fugiunt donec aspeculo reflectantur, abstrahere & deferre potest, radii lucis interioris extra concretum suum erumpentes ut plurimum sunt invisibiles, ipse etiam oceanus lucis solaris per aerem diffusus vix oculo se manifestat absq; tenebrarum admixtione (contraria enim juxta se posita magis elucescunt) & nisi reflectatur, ut in cornibus & lumine Lunæ in occursu nubium & exhalationum, ubi irides, parelii & quandoq; cometæ : ipsa etiam terra splendorem retorquens diem habet. Quædam lux videtur & illuminat, ut lux lunaris, quædam etiam calefacit ut lux solaris, illibata nos irradians æstivo tempore, quædam urit ut lux solaris in speculo ustorio congregata, & si valide

de congregatur metalla fundit. Scripsi radios solares adminiculo tenebrarum videri, si enim luci tenuiori, aut tenebris comparetur, ut solis jubar per fenestram domus influens ubi tenebræ, vel tenuis lux domus majorem partim occupat, clare videtur.

Summa diligentia observent astronomotici clariorem lucem obscuriori multo longius videri: quapropter sibi caveant in solis globo flammante mensurando; nam vigor illius luminis decuplo minus minuitur per distantiæ longinquitatem, quam hebetius lunen decrescit, adeoq; siquidem ejus magnitudo propter rutilum fulgorem per remotam distantiam parum deficit, videndum numne mensura à quibusdam astrometris soli ad scripta sit magnitudine justâ major.

Quamvis autem lux congregari vel expatiari solet, nullum tamen hiatum vacuum relinquit, extensionum legibus non astringitur, ut supra ostensum, consule etiam vitrum ustorum per quod radii cum congregantur, constringuntur, aut densantur, & in conum acuminantur, nam tunc temporis totum vitrum simul illustratum & ut modo ostensum, fibras dilutiores ex coruſco jubare pro manare et totum spatium occupare. In quibusdam concretis ut oleis combustibilibus, et sibere regnat, et copiose habitat, in aliis non tam copiose habitat, ut in arena, et arenaceis saxis.

CAP.

CAP. VI.

Respectu lucis ad spiritum solum.

1. PRimo lux à spiritu movetur ut nuper ostensum.

2. Secundo lux imprimitur à Spiritu Dei Omnipotente et charactere quodam individuo et indelebili signatur; sicut adamas à gemmario insculpitur sed hoc discrimine. Sigillum.

Dei in luce est substantia vivens, sigillum gemmæ est modus aut accidens, sigillum illud Divinum distinguit illam lucem ab omni alia quæ non eodem sigillo insignitur, tunc ea lux signata proprio suo modo agit, & ab oceano lucis separatur, & moribus sui sigilli obtemperat. Hæc lux signata est individualis, & fit anima concreti.

Hæc animata lux (nam sigillum Divinum, est Spiritus & hanc lucem provectimento inseperabiliter induit) in reliquam corporis viventis lucem impressionem facit: ut adamas pro sigillo cælatus metallum mollius velut aurum consimili sigillo insignire potest; ita magnes chalybem obsignat, ut ut annulus chalybeus magnetica vi donatus eandem virtutem tanquam novus magnes alii annulo chalybeo infundit, & hic secundus annulus solo attractu tertium etiam annulum iisdem viribus imbuit

imbuit, & idem magnetiſmus per plures annulos tranſfuſus catenam chalybeam componit.

Ad hunc morem lux ſignata lucem & materiam ſuo ſigillo effingit, & corpus organiſat. Spiritus ergo eſt lux a Deo obſignata, ac ſigillum quo hæc lux ſignata alias luces et materiam afficit ſic definitur: eſt unica, & formalis, & perpetua motoris Interni Imaginatio, non ab externis objectis abſtracta (ut cum aliquis ſe vidiſſe regem meminit, vel cum imaginamur aliquid prius viſum aut auditum) exterius in propriis modulis figuræ, coloris et odoris, & ſaporis ſe oſtendens. Hæc impreſſio latet etiam in ſeminibus corporum: ſemen enim Angelicæ occultam totius herbæ formam exteriorem in ſe retinet. Ex hoc ſemine mandato terræ tandem nova angelicæ planta fucereſcit: hoc ſemen compendium totius herbæ continet, et cum angeſcit ſucco terræ quem imbibit, triplex in eodem corpore lux cohabitat; ſuccus terræ ſuam lucem nativam habet, ſpiritus etiam herbæ ſuam veſtimentalem lucem habet, & lux ſignata à Deo dicitur, & utriuſq; hujus lucis concurſu tertia lux lampas vitæ affulget, & in animalibus oleoſitate fomenti intro recepti fovetur, quæ ſi bene digeſta & defæcata fuerit clareſcit, & animal proſpera valetudine fruitur: ſi impurior fuerit fomes lux langueſcit, & et valetudo ſit infirma, oleo autem cibi deficiente hæc lux pinguedine humorum

inna-

innatorum pascitur, qua etiam consumpta splendor se male habet; ideoq; senes & diuturnis morbis consumpti quorum lampas est imbecilla, oblivioſi, hebetes, & inertes fiunt, & parum melius se habent quorum lampades sunt nebulis ex oleo impuro exsurgentibus impeditæ.

C. Hæc lampas est coetanea animali aut plantæ cujus corpori inest, nec est violentum aut subtaneum incendium. Hæc candela lente consumitur instar cometæ aut novæ stellæ cœlo flagrantis, aut potius instar olei ex auro extracti, quod accensum lente consumitur. In animalibus hanc inesse ex internis motibus, cordis & arteriarum pulsibus, assidua respiratione, actuali totius corporis calore, oculorum compressorum splendore apparet. Sed plura de lampade postea; hæc tamen inpræsentiarum addo lampada in mineralibus oriri ex fermentatione variarum lucum variis characteribus insignitarum, unde oritur nova lux signata quæ est ipsorum lampas: & sine alimenti oleo diuturna est, prout etiam lampas plantarum decerptarum, et exsiccatarum permultos annos, remanere potest, præsertim si à materia corruptibiliori purgetur, et in salibas volatilibus, oleis, aut spiritibus conservetur, at quamdiu, plantæ crescunt, et terræ radices infigunt flores, folia, fructus et semina quotannis proferunt et deponunt, opus est iis alimento adhæc producenda et horum lampades conservandes. Animalibus etiam quia crines exuunt sudores

dores ſpuetum & ſtercora expellunt, & crebris motibus exercentur opus eſt majore alimentorum copia.

D. Eſt et aliud ſigillum vel potius character cum aliquid præter formam imprimitur, ut prægnans embryonis appetitum quorundam ciborum odio, ejuſque ſenſum horrore ad aſpectum rerum perquas ipſa prægnans metu perculſa fuit. Quidam vir illuſtris dicitur alioqui vir fortis enſis aſpectum non ſuſtinuiſſe; quippe mater ejus poſtquam illo impregnata fuiſſet enſe ſtricto terrefacta fuit.

E. Lux aut à Deo ſubſtantialiter ſignatur, quod ſigillum eſt Spiritus & forma concretiſi hæc lux in corpore habitat; aut lux aſpiritu ſignatur eſſentialiter, ut ſpiritus plantæ ſemini formam herbæ imprimit; et materiam herbæ organiſat. Hæc impreſſio eſt character eſſentialis; aut lampas à Spiritu imprimitur, ut proles parentum morbis ſæpe inuritur, (*n*) podagea calculo, epilepſia, *&c.* Et embryo à prægnante mire afficitur.

Aut lux ab alia lute characterem accidentalem vel eſſentialem præferente imprimitur, ut in fermentationibus. Characteres accidentales omnes medicina, aut temporis diuturnitate ſunt delebiles: character eſſentialis vita durante manet. Characteres quidem ex fermentatione orti, ut ſapor cerevisiæ, ſunt fugaces niſi arte conſerventur, characteres morborum hæreditariorum poſt aliquot poſterorum generationes ſæpe

eva-

evaneſcunt, & maculæ à prægnante impreſſæ ope medicorum ſæpe emaculantur: quamvis aliquot rami & fructus, et ſemina putreſcant, arbor horum productrix tamen vivere poteſt, etiamſi ſpiritus vel anima illius arboris quodammodo per conſenſum ſympathaticum ad quamlibet diſtantiam magnetice afficiatur. Sedes centralis animæ vegetabilium eſt in ſale eſſentiali fixo plantæ, quod poſt plantæ corruptionem etiannum durat. Sedes præcipua animæ vegetabilis in ipſa planta videtur eſſe radix quapropter radice vivente trabes ex arbore exciſæ in contiguationibus domorum manent incorruptæ naturaliter, ſi non occaſionaliter imbrium aut humoris adventitii acceſſione putreſcant, ut radice per ſenium deficiente ſympathetica vi omnia quæ ex illa arbore enata fuere flacceſcunt. Cum arbor in ſylvis moritur, humor lucis vehiculum ex arbore egrediens noctu ſplendet: ſurculus ex aliena arbore alii arbori inſitus arbore ex qua exſectus fuit moriente & ipſe commoritur, arbore tamen ſalva cui inſitus erat. Salia arborum fixa philoſophice extracta arbore licet mortua vitales ſuos characteres in vita media retinent.

Hujus lucis ſignatæ munia præcipua ſunt hæc.

Primo vivificat concretum: nam lux interior vitale principium motivum in ſe habet. Animalia & plantæ luis ſigillis ſubſtantialibus gaudent, mineralia per animam mundi vivunt, prout varia ſit fermentatio.

Secun-

Secundo lux signata imprimit: magnetis, et prægnantis, & variis fermentationum testimoniis.

G. Tertio lux signata percipit. Perceptio fit aut abstrahendo modos sensibiles cum anima sensitiva (quæ est lux signata in suo gradu) colores, calores frigora dolores, leminina, sapores odores abstrahit, vel cum anima rationalis (quæ est lux signata superioris gradus) modos intelligibiles abstrahit, ut genera, & species, &c. Vel alio modo perceptibiles, ut mercurius aurum, & ferrum magnetem percipit. Aut impressiones recipiendo, & species recipiuntur vel à spiritu ejusdem ordinis ut anima separata aliquid alii animæ indicans; vel cum anima species ab angelo impressas recipit, ut in visionibus fieri solebat: vel cum influxu Divino illuminatur, ut olim apostoli Spiritu sancto inspirati.

H. Lucem signatam dari probatur nihil enim concreto ineſt præter spiritum, lucem, & materiam: materia autem inepta est ad omnia spiritus mandata exequenda, nimis enim tarda & inbecilla ad negotia synipathetica, & magneitca curanda: iccirco hac inerte sede relicta lucem eligit expeditiorem famulum sibi magis affinem, hæc enim à solo ad cœlum in instanti pervolat, & in omnes oras simul et semel procurrit, & omnes dimensiones penetrat & aliquot

rerum

rerum modos abstrahit, & impressiones spiritus facile recipit. Neq; lux per se solam tanta audet sine spiritu directore: lux enim opaca perfluere nequit, nisi à spiritu agitetur; radii magnetis, per opaca juxta ac diaphana facile meant, tot ac tam varios characteres imprimere lux sine spiritu nescit, ut figuras plantarum & animalium, aut plantarum, & animalium species seminibus concredere; & lux interior iter carpens ad longuiquas oras; nec ab aura nec unda impediri potest, manet inflexilis ab omni materia.

Tertio satis ex præmissis patet lucem introli spiritu; sed angelus aut anima rationalis potest lucem sine materia informare aut inhabitare. Homines in terra habitant, & terrenis vestiuntur corporibus, angeli in cælo degunt lucido; ergo luce amiciuntur sine corpore: lux extra materiæ commercium passim per aeris ætherisq; campos refulget.

Præterea potest angelus lucis medio pluribus simul se exerere locis; ut imago unius & ejusdem objecti potest uno & eodem instanti variis simul inesse speculis: neq; spirituum motus velocissimus luce retardatur: ille enim cito mandata Dei ut flammæ veloces exequuntur.

Substantiæ spirituales quales angeli sunt, oculorum nostrorum ut & reliquorum organorum sensivorum aciem fugiunt, at spiritus omnifarius luce & humore luci vehiculo sensibus objici potest. Spiritus minerales (i. characteres à mundi anima & ex fermentationibus orti) per lucis in-

 tegumenta

chemice monstrentur: & sane hic est ultimus audaciæ humanæ terminus illis qui indulgentiore fato beantur accedere ad lucem, & ad ipsa paradisi mœnia. Indubitatæ etiam veritatis est Deum lucem pro indumento habere (lucem tamen mementote inaccessam longè supra imbat athereum majestate innarrabili plenam super gloriosam) satis erit nobis sphæram interioris lucis ascendisse, ubi plura quam fors regum comprehendit, gratuito donantur.

K. Postremo sicut ex luce motus, ex luce cenebras perlustrante colores, figuræ, imagines, profunditates exoriuntur. Lux etiam exterior materiam diversis agit, & agitat modis. Hinc angelus imaginatione valida lucis medio quælibet phantasmata concinnare, & se specie humana mortalibus repræsentare potest.

CAP. VII

Respectus lucis Exterioris ad materiam.

A. LUx exterior varie materiam afficit & Primo superficialiter illustrat: dies pratorum tapetes, & sylvarum virores pro naturæ æstivantis quotidiano spectaculo promit, unde rerum apparentias ex mundi pompa plusquam regia abstrahit. Secundo diaphanitates transfradiat.

B. Secun-

Secundo diaphanitates distinguit, traansfustrat.

C. Tertio exitat motum violentum, cum exterior lux interiorem exitat, & corroborat, unde dilatatur & materiam extendit, quæ extensa majorem locum occupando se extricat; ut videre est in pulvere bellico, argento vivo calefacto, & aquâ trigidâ cum intense calescit, non secus ac pyrius pulvis globum ex tormento expellit.

D. Quarto lux exterior est causa saltem mediata fermentationis: calor ex pasta recenti calida ab exteriori calore ad aliquem gradum elicitus aciditatem post se relinquit, hæc pasta acescens si consimili pastæ madidæ imponatur, consimilem maçorem toti illi pastæ inducit, & tota illa pasta ad normam primæ pastæ fermentantis alteratur: fermentum est quasi semen masculinum, & fermentabile est quasi semen femininum. Si aqua fluvialis sole æstivo in regionibus calidis in doliis apertis exponatur, hæc aqua tandem acescit, & huic acero folia rotarum immissa gratum dant acorem, & experiri licet, qualis liquor producetur si mensura spiritus vini Hispanici dolio hujus aceti permisceatur. Concreta etiam suis interioribus fermentis prædita sunt: radix plantæ succum alimentarium quem ex terra haurit, etiam fermentat, & fermentando humori plantali assimilat: cibus ab homine

ne introſumptus variis fermentationibus, in chilum, ſanguinem, medullam mutatur.

E. Quinto, lux exterior magis valida coquit, ut cibus in culina parari ſolet vel elixando, vel aſſando: illuminat etiam & accendit, ut *flamma* candelam accendit. Exillat ut chemici ſolent aquas, olea & ſpiritus, fundit ut metallici metalla liquefaciunt priuſquam ea modulis infundant. Ignis & comburit illuminando, rei combuſtibilis lucem interiorem foras allicit, ut ligni præſertim aridi (betulæ ramus eccenter ab arbore àvulſus ſucci etiam plenus in igne *flagrat*) carbonum ſubterraneorum, glebarum ſulphurearum, & rerum oleoſarum *&c.*

F. Sexto lux exterior concreti interiora palam facit. Chymia hujus rei locuples teſtis erit, ars ea totius rimatur viſcera terræ. Exterior lux exteriora primo inſtanti manifeſtat (*n*) colores figuras *&c.* Ignis exterior etiam ſalia, aquas, olea, ſpiritus, eſſentias, interiores planetas, ſulphura, mercurios, ſalia eſſentialia cum omni colorum, ſaporum, & odorum comitatu. *Omnia luce manifeſta fiunt, Eph.* 5. 13.

Lux pellucens materiam à materia dimoveri nequit, jubar lucidum undis, & auris tumultuantibus permanet immobile; quia lux eſt ſuperior materiâ.

G. Septimo lux exterior differentias viſibiles adeoq; homogeneam materiam à heterogenea ſecernit, nam heterogeneæ materiæ umbras

ſuas

ſuas projiciunt (ut ſupra in diaphanitate materiæ dictum eſt) unde ex tenebrarum multiplicatione oritur opacitas: materia homogenea eſt perſpicua, & quo magis uniformis eo minus opaca. Tenebroſitas ſe ad lucem fere habet, ut duricies ad miſſile, ita ab opacitate radius lucis reſilit.

H. Octavo lux exterior materiam fovet, leniter exitando ſcilicet lucem materiæ interiorem, & in actionibus ſuis ſuaviter corroborat: ſic manus frigida calore exhilaratur. Hæc exitatio ſi intenſior fuerit ſenſus voluptate perfunditur unde brutales homines voluptatibus dediti, rationi, bonis moribus, & ſanctitati renunciant, quo liberius concupiſcentiis ſuis indulgeant. Calor lenis exterior interiorem calorem dilatat, unde lætitia oritur: ſolatium membro dolenti, ut dentibus calore miti affertur.

I. Nono lux exterior materiam attrahit lucem interiorem materiæ dominam ad ſe aliciendo, hoc enim modo humores corporis attrahuntur & extrahuntur cum hyp. cauſti calore, ſudor prolicitur, qui ſudor ex ægro corpore proveniens ſi intento frigore ſiſtatur, hydropem nonnunquam parit, aut alium moleſtum tumorem. Si calor externus nimis diu aut nimis ſæpe adhibeatur, portionem interioris lucis aut Caloris extrahit, & abſtrahit, & poros corporis humani nimium pandit; hinc manus aſſuetæ calori loci, cum à foco aufertur frigida tempeſtate, frigoris inclementiam intra

poro

poros paculos facile recipit & dolet. Per hanc extractionem corpus ægrum à sudatione non tam fervet quam prius, & à febri, si die critico sudatum fuerit, sæpe liberatur. Ita à nimio veneris usu mœstitia & melancholia oritur. Si fermentum cerevisiæ decocto pollentæ nimis fervido addatur (fermentum illud insito calore vrget) omnem fere ejus saporem abstrahit, & cerevisia illa relinquitur insipida. Si immodicus calor adhibeatur præ subitanea caloris extractione dolorem parit ut in ustulatione digiti, materia motus subitaneos ægre fert, tumultu enim fiunt. Hic tamen calor sæpe salutaris fit: ovum enim donec induretur coctum, & in duas partes æquales diffissum, quæ multum calentes carpo statim alligatæ virus febris tertianæ (si aliquot vicibus teneretur) è corde, & jecinore extrahunt. Calor violentus etiam venenum ex membro intoxicato potenter evocat.

K. Decimo exterior lux & lenis vivificat, non solum ova calore gallinæ vivos in se pullos operiunt, sed etiam calor hypocausti idem pensum absolvit Philosophi aiunt metalla in magno suo opere (cujus comes individuus est lenis & naturalis calor) se animata ostendere. Æstas est tempestas caloris, quot milia herbarum florum, & insectorum lucido solis calore tunc temporis vivificantur, quorum multitudo frigida brumâ adveniente moritur?

L. Decimo primo exterior calor interiorem dilatando humores lucis interioris sequa-

ces

ces congregat, & materiam tumidam reddit quæ in omni liquoris obulitione cernitur; aqua enim bulliens in lebete instar matis inundat. In omni fermentatione evidenter apparet, quantum pasta fermentata, & cereviſia, fermento imprægnatata tumet? Membrum à ſerpente ictum aut morſum inſtar hydropici turget. Ex hac tumefactione, calx viva lapidum aquæ aſpergine in pulveres diſſilit, ſicut etiam metalla ab aquis fortibus fermentata interiore luce regnum exercente turgent, & diſſiliunt, & in pulveres franguntur, quæ eſt ſolutio metallorum ab aquis fortibus facta.

Aliud etiam ex hoc tumore ſequitur, laxiores materiæ partes libertate quadam donatæ in ſumos evolant; aut ſi organis chemicis cohibeantur in liquores (*n*) aquas ſpiritus, olea, balſama, exillantur (ex nicotiana vel quolibet vegetabili primo aqua, deinde oleum purius, tertio oleum craſſius & coloratius habetur) cum liquidæ ſunt ſin autem ſiccæ fuerint ſublimantur.

M. Decimo ſecundo lux exterior materiam maturat. Poma & cuncti fructus velut uvæ jubare æſtivo maturantur. Producta chemica ſuis caloris externi gradibus ad maturitatem perducuntur.

N. Maturatio ſic ſe habet: ut lux exterior diverſitates materiæ opacæ & diaphanæ percipit, ita lux interior adjuta luce exteriori heterogeneos materiarum characteres (ſuccus

enim

enim e terra ad nutrimentum plantæ à radice id est luce interiore radicis, extractus multis heterogeneis characteribus imbuitur) obvios everſatur, donec eos fermentando ſubegerit & uniformes reddiderit, (ſicut diaphana materia eſt uniformis & luci exteriori pervia dulcedine ſaporum & ſuavitate odorum & incoloribus debitis, ubi partes fragrantes & dulces, & pictæ ſunt uniformiter digeſtæ, & nebulæ & heterogeneitates materiæ diſcutiuntur.

O. Decimotertio Calor exterior colores materiæ variat, experimento nitri in phiala aliquot horis ſuper ignem poſiti, diverſos colores ſucceſſive induentis. Vitrum etiam in quo nitrum chemice tractatur variis inſtar opali coloribus depingitur.

Quia Philoſophi multa calore invenerunt, operæpretium eſt caloris habitacula indicare: calor præſto eſt in jubare ſolari, in exhalationibus calidis, in hypocauſto, fimo equino ſuper calcem vivam congeſto, & luto bene contecto, in aquis thermarum, in puteis valde profundis, ut fertur per totum annum tepidis, in ſtruibus frumentorum in horto frumentario congeſtis, in ſtabulis equorum noctes & dies intus veſcentium bene concluſis, & ſuper hæc ſtabula in tablino undiq; clauſo hordei recentis cumulus ſuper calcem deponatur. In corporibus animalium calor ſenſibiliter ſe exerit. Motus etiam celer & aſſiduus calorem excitat: calor etiam ex violentis fermentationibus

onibus oritur, cum oleum tartari guttatim in oleum vitrioli inſtillatur. Talis fermentatio in Digbii cholectaueis invenitur. *Sex drachmæ puri argenti in ſeſquiuncia aquæ fortis ſoluti: huic addatur una drachma auri puri in duabus unciis mercurii amalgamiſata calorem tumultuarium & diutinum excitant.*

P. Decimoquarto Præterea quandoq; homogenea congregat & heterogenea ſegregat: ita purum ab impuro in digeſtionibus chemicis ſeparatur, ſubtile a craſſo, oleoſum ab aqua, & aqua a fœcibus terreis, qualis ſegregatio fit etiam ſed celerius à violento calore per organa chemica, in deſtillationibus, & ſublimationibus. *Si* enim rei heterogenitates quærimus: detur liquor vinum aut urina, quem magnæ cucurbitæ impoſitum ſimo equino per menſem unum aut alterum immergimus, deinde lento igne aut calore extillamus, & tandem calore aucto quicquid retentum eſt elicimus. Si concretum ſiccum fuerit, tunc univerſali aut particulari menſtruo ſolvatur calore leni, & in eodem retineatur donec tandem ſuas heterogeneitatis ſeparatas dederit. Si objeceris ſanguinis heterogeneitates, poſtquam e vena elicitur, frigore; non calore manifeſtari, (*n*) ſerum, ſanguinis coagulum, & fæces nigras clare diſtingui. Reſpondetur hoc eſſe caloris & lucis interioris opus, cum ſanguis e vena calens emittitur, & in paropſide à frigore tangitur, calor interior id percipiens, introrſum ſe ad centrum recipiens materiam ſanguinis ſecum rapiens con-

ſtringit, & condenſat, & partes aqueas ſanguini heterogeneas eo facto extrudit.

♀ Eodem modo vinum intenſe caleſactum et alembico roſtrato impoſitum, ſubito nivis cumulo hic alembicus imponatur, & ſpiritus vini rigorem frigoris horrent ſe extricat reliquo vino & extillat in vas recipiens. Calor & lux interior lente & ſuaviter, & ordinate ſine violentia aut confuſione ſuum opus ſeparationis peragit, quare ex hac tarditate videtur heterogeneitates quaſi commiſcere, & commiſtas ſimul retinere, ut in ſanguine intra venas, lacte in uberibus, et urinâ in veſica contenta appareat, poſtquam lac ex uberibus emulſum fuerit, tunc materiæ heterogeneæ ſignatæ ſuas regiones petunt; calor enim frigora percipiens violenter ſe gerit (ut in modo ſpiritum vini diſtillandi nuper allato) et vehiculum ejus cum calore raptum (*n*) cremor vel oleum lactis ſumma petit. Vinum in uvis homogeneum, ex uvis autem expreſſum ſuas heterogeneitates oſtendit. Præter hanc tarditatem ſeparationis, calor internus etiam æqualiter expatiatur per liquores illos internos dum in alveis ſuis currunt, at poſtquam ex alveis ſuis educti fuerint, lux interior liquoris frigora horreſcens ſeparationem dat. Frigus autem validum conſtringendo hetero genea congregat, ut apparet in glacie, et liquoribus congelatis ſed hoc ſit vi lucis interioris ut ſupra monitum.

CAP.

CAPUT VIII.

Lucis interioris reſpectus ad materiam.

A. LUx corporis viventis ut ſupra traditur eſt triplex (1) lux materiæ nativa cum. FIAT LUX ab Omnipotente Creatore in principio creationis edictum eſt lux ſtatim creatur, & per univerſam materiam diffunditur, ipſa nix ipſa glacies interiore luce non caret (2) lux vehiculum ſpiritus formalis de qua nuper (3) quædam lux ex priorum concurſu et fermentatione exoritur et eſt flamma et lampas concreti; quæ lux interior materiam. Primo Modificat ut in duritie, mollitie, humiditate, ſiccitate, diaphanitate, opacitate, laxitate, conſtrictione, coloribus, ſaporibus, odoribus, gravitate levitate, *&c.*

Secundo exteriorem lucem percipit ſicut frigus ut in elixatione, aſſatione, illuminatione, fuſione, extillatione, combuſtione, congelatione, *&c.*

Tertio ſæpe tamen, adjuta ab exteriore luce, quam percipit materiam digerit, ut in variis ſeparationibus puri ab impuro per corpus microcoſmicum, in ſtomacho chilus a iſtercore, in hepate ſanguis purior à fæculentiori qui per lienem mittitur, ſulphureus ad fel tanquam proprium receptaculum deducitur. In corde

etiam

etiam ſanguis arteriarum à venoſo tanquam purior & magis activus ſegregatur: hic ſanguis in carnem, oſſa, nervos, medullas, ſemen, venarum & arteriarum incrementa vertitur.

C Aliæ inſuper ſecretæ digeſtiones impurioris à puriori in chilo, utroque ſanguine & reliquis humoribus fiunt: hæc impuritas quæ ſecretis digeſtionibus ſecernitur, à Paracelſo tartarus appellatur. Lampas hanc digeſtionem peragit, & ubi ſeparatio deficit obſtructio occultorum meatuum ſequitur, unde morborum phalanges conjurant.

D. Quarto hæc lampas animalia calefacit, eorum calor tactui patet; mineralia, plantæ piſces calorem habent, ſed adeo occultum ut vix tactu ſentiri queat.

Ex prædictis reſpectibus lucis & exterioris, & interioris ad materiam, omnia medicinæ & Chemiæ myſteria ortum fere habent. Gradus coloris externi à chemicis probe obſervandi. Lenis autem calor fimi, ſumi, aut acervi frumentarii naturaliter fovet, vivificat digerit. Secundus gradus eſt balneæ aut aquæ ferventis. Tertius eſt arenæ aut cinerum vaſe ſuper ignem poſito incluſorum, cui arenæ vitrum materiam chemicam continens imponitur. Quartus eſt ignis nudi & violenti. Digeſtiones naturales fiunt igne leni, cujus ope mirabilia naturæ pateſcunt: hoc calore eſſentiæ, & quintæ eſſentiæ comparantur, & circulationes deſcendentes ſive aſcendentes quaſi per circulum donec conquieſcant. Hoc leni calore herbæ maceratæ in

aquis

consimilium herbarum extillatis per mensem vel sex septimanas, & postea ille liquor torculari expressus, & per aliquot menses digestus, & singulis mensibus saltem tribus primis liquor caute decantetur a sed mentis, mensibus succedentibus mirabilia naturæ videbis, si hanc liquorem leni calore foveris ad ultimam ejus fixationem. Hæc simplex operatio olim fuit Hermeti & Chemiæ principibus cognita, cum tot curiosæ destillationes humorum per alembicos rostratos, & retortas philosophis incognitæ fuere. Hac ratione celeberrima tot sæculis tabula smaragdina tam abstrusa, et æ-nigmatica sine commentario clare intelligitur. Vinum aut quilibet liquor spatio mensis unius digestus prompte genuinum spiritum exhibebit. Digestiones etiam fiunt non contemnendæ calore secundi gradus (☽) calore aquæ bullientis vel balnei ut vocant. Ubi materia contumacior fuerit, ut in digestionibus brevibus, vel non admodum diuturnis Calor tertii et quarti gradus usurpatur. Argentum vivum (sive chemicus mercurius) volatile calore quarti gradus tandem figitur.

E. Destillationes fiunt caloribus tertii secundi, aut quarti gradus, sed omnium facillima fit calore secundi gradus. Subtiliores partes quæ dicuntur spiritus ex liquoribus primo exurgunt ; ex plantis autem aqueæ partes primo exsuguntur quæ non admodum subtiles sunt, ex hac aqua spiritus elicitur. Post aquam oleum hauritur flavum, tandem oleum rubicundum,

aut

aut nigrum igne uſtulatum, inſtar balſami ſpiſſi, et quia calore ignis nudi propellitur, uſtulationem ignis olet, ſed olea calore ſecundi gradus extillata hoc empyreumate ſunt immunia.

F. Sciendum eſt etiam chemicos triplicem ignem uſurpare, duplicem exteriorem (*n*) calorem quatuor graduum nuper indicatum, ignem menſtrualem qualia ſunt ſpiritus vegetabilium, et prolertim ſpiritus, vini et Tartari, ſpiritus etiam ſalium (*n*) Marini, nitri, ammoniaci, aluminis, vitrioli, unde fiunt aquæ fortes ad metalla diſſolvenda, ſpiritus etiam roris maialis, & ſpiritus urinæ huc ſpectant, ſed ſupra omnia magnum menſtruum Lullii, & Alcaheſt Paracelſi. Menſtrui nomen etiam aquæ communi & aquis herbarum ſtillatis datur, ſed hæc parum caloris in ſe continent, calefacta autem ab externo calore ſe vegetabilibus inſinuant, & vires eorum educunt. At ſpiritus vini tartariſatus, aut ſpiritu urinæ impræguatus in ſe ignem interiorem validum retinens multo potentius eſt aqueis menſtruis, ſpiritus ex pluribus ſalibus ſimul extillatus ingentia poteſt; at Menſtruum Lulli radicaliter metallum ſolvit, quod metallum poſtea in ſpiritu urinæ ebullitum in mercurium currentem ſolvitur. Supra omnia Alkaheſt ingentia poteſt. Hic ſpiritus vel menſtruum dicitur *Ignis aqua.*

Tertius ignis eſt ignis interior ſive lampas, ignis concreti: aquea menſtrua quæ calore exter-

nb

no inserviunt se corporibus insinuando ad succos, salia, muscilagines, pinguedines, colores, sapores & odores eliciendos.

Menstrua ignea quæ igne occulto pollent quamvis exterius aqueam formam induant corrodunt metalla, & lapides, & ea in pulveres dissolvunt; si fuerint aquæ fortes ex nitro & vitriolo extractæ. alia autem nobiliora menstrua tincturas, essentias, spiritus, & sulphura educunt ex gemmis & metallis: quædam etiam, ut anteà monitum, concreta in aquam specificam, & tandem in aquam elementalem ex qua omnia concreta sunt orta, reducunt.

CAP. IX.

Respectus lucis ad utrumq; simul (n) *& ad spiritum & materiam.*

A. LUx inter spiritum et materiam mediat, adeoq; spiritum materiæ connectit. Duo extrema valde dissimilia sine medio connectente non cohærent, similia et cognata velut butyrum en oleum apte uniri possunt; butyrum etiam aleo frænum injicit, imbecillius à validiori retinetur: ita spiritus (sigillum Dei) lucem, prout lux materiam, detinet, movet, et dirigit.

Lux in quibusdam spiritui, in quibusdam materiæ assimilatur; atq; adeo cum utroq; cobabitare potest: et quamvis modos utriusq; participet, non tamen ex utroq; componitur, aut producitur; modi enim non faciunt substantiam:

ergo

ergo participare modos non est participare substantiam : anima sensitiva non sit partim ex vegetativa, partim ex rationali licet utramq; in aliquibus æmuletur. Sensitiva enim est animæ rationalis imaguncula, ut ex sylogismo canino patet, et multis aliis supra in argumenta à forma substantiali desumpto ifiusmodi ratiuncula, quamvis anima sensitiva nec artes, nec scientias excogitet, sylogismum tamen quendam connectit qui superat instinctum quem solum animæ sensitivæ multi tribuerunt. Instinctu subito operatur sine discursu aut deliberatione, ut bruta cum se ad gramen edendum præcipitant, aliter tamen multo se res habet cum vestigia heri absentis, et leporis nondum visi, aut saltem è conspectu elapsi insequitur.

B. Sensitiva etiam vegetativæ affinis est : quia etm per lampadem vitalem excitat ; lux ergo est vitale et idoneum vinculum spiritus & animæ, et in quibus à materia dissentit ea reprimit, et subjugat, quia materiæ dominatur; motor enim mobilitatem ; splendor materiæ tenebras, calor materiæ frigus moderatur, ut simul cohabitent; ut apparet in multicolore iride, et nigra nube phœbeo splendore illuminata, lux per materiam cui non immergitur libere vagatur, ut jubar solis per aera quod tenebras perlustrando evanidas reddit, si autem materiæ immergitur oculis nostris sæpe invisibilis præ sutilitate sua attramen per materiæ tenebras coloribus se exfit. In quibus autem lux à spiritu diversificatur

tur, ea regimini spiritus submittit: spiritus enim opaca æque ac diaphana penetrat, cum lux ex se tantum diaphana permeat, spiritu vero lucem regente lux omnifariam materiam tam opacam quam diaphanam pervagatur.

C. Secundo lux actiones spiritus in corpus, & corporis vicissim occasiones & modos ad Spiritum defert; exempli gratia cum quis Hierosolymam peregrinaturus se itineri accingit, ejus spiritus motum ambulatorium luci imprimit, vitalis lux ad nutum spiritus nervos & reliqua movendi organa commovet, tunc pedes officio fuguntur suo. Ita cum fœtus in utero formatur spiritus speciem humani corporis luci imprimit; lux enim est specierum aut apparentiarum facile capax. Lux signata eandem in materia iconem depingit, & eandem in spermate delitescentem excitat effigiem. Unde arteriæ, venæ, nervi, ossa, membra effigiantur. Spiritus etiam & anima mundi modulos suos æthereos huic luci in nativitate ex utero cum fœtus egreditur astrologiæ notos imprimit. Sed plura de impressione lucis postea.

Cum hæc lux & vitæ lampas sumis, inidonei alimenti sit nubila tunc pse spiritus impeditur, nam flamma illa velut equus claudicans tarde progreditur.

CAP. X.

Lampas Vitæ.

A. LAmpada dari ſupra probatum eſt in luce ſignata; aliquanto fuſius hic differtabitur: & primo eam dari quia opus eſt medio conglutinativo ſpiritus, & materiæ, anima & corpus per lampada uniuntur.

B. Secundo opus eſt delatore impreſſionum animæ in corpus, & abſtractore modulorum corporis quos animæ percipiendos offerat. Lampas eſt modorum utriuſque receptrix, & communicatrix eorum utrique.

C. Tertio opus eſt ſpiritui expedito miniſtro a l munia vitalia obeunda: hujuſmodi eſt lampas: cujus radii emerſi in inſtanti ad objectum excurrunt; non ut materia quæ tarde fertur: qui ad ultimos terræ terminos ſe extendunt & ulterius imo à cœlo ad ſolum, quorum longitudinem particulæ materiales nunquam pergenit, ſed diu ante quam ad finem itineris pervenerint, feſſæ, reſidebunt: qui undequaq; in orbem ſe porrigent; non ut particulæ materiales, quæ unico plerumq; alveo labuntur: qui ſtabiles ſunt & à nulla aura ex curſu directo ad objectum dimoveri poſſunt; non ut particulæ materiales quæ quolibet vento, aut aura ex tramite ſuo fugantur: qui per ſaxa, per ignes, viam ſibi inveniunt & dimenſiones penetrant;

rant; non ut particulæ materiales quæ penetrare dimensiones nequeunt, & quæ à contrariis articulis in pediuntur, &c.

Quarto lampada dari (a posteriori his argumentis concluditur) ex sensibili calore corporum animalium necesse est.

E. Quinto ex necessitate pulmonum ad refrigerium cordis, quod est lampadis officina fere principalis.

F. Sexto ex motu vitali plantarum, & animalium ad maturationem.

G. Septimo ex extractione sulphuris ex omnibus concretis, arte chemica, quod facile inflammatur.

H. Octavo ex ipsa intima lampadis sede materiali, quæ spectra herbarum, si calore exteriori excitetur in phiala vitrea undiquaque conclusa exhibet.

I. Nono ex operationibus ejus per radios immersos longe extra concretum suum.

K. Mineralia quamvis copioso alimento careant ad suas lampades fovendas, & spiritu formali vacent, ex cujus & lucis per materiam diffusæ concursu lampas accendatur; variis tamen characteribus eorum lux signata est, ex quorum congressu fit fermentatio unde oritur lampas. Hi characteres se exerunt in subtilitate, crassitie, raritate, constrictione humiditate, siccitate, calore, & frigore diaphanitate, opacitate, levitate, gravitate duritie, mollitie materiæ figurabilitate, coloribus, odoribus, saporibus, &c. concreti,

qui omnes characteres à variis modis lucis materiam incolentis ena cuntur, & hæ signatæ materiæ multiplices & varios effectus edunt. Lux autem ipsa mineralium characteres ab impressionibus syderum sortitur, unde gemmæ multifariis virtutibus sunt ornatæ quæ extra materiam radiant ut in magnete constat, & omnibus fere gemmis. Mineralia tamen spiritum formalem specificum in variis speciebus nullum habent nisi mundi animam, ab his spectrum chemicum exhibetur mundi, non autem propriarum formarum.

CAP. XI.

Functiones Lampadis.

A. PRimo hæc lampas calorem exteriorem & frigus percipit (ut supra in luce signata ostensum est) unde digestio, calefactio concoctio &c. à leni calore; at assatio, perco actio, extillatio, fusio inflammatio, calcinatio metallorum & mineralium vitrificatio, ignitio à violento calore, et à frigore gelatio et multa alia. Hæc tamen addo frigus à lampade percipi brevissimo temporis curriculo & fere in instanti; frigus enim pedis plantam lædens statim ab ipso capitis cerebro percipitur. Aqua glacialis vel intense frigida pigitos calore sudantes abluens statim caput ferit: ergo non opus erit circulatione sanguinis per totum corpus, ninis tarde hæc ef-

fecta daret; est enim lampas quæ totaliter simul & semel percipit.

B. Secundo lucem alienam signatam, & ejus radios in instanti percipit; ut in attractione ferri à magnete & aliis magneticis operationibus; hinc de causa mirificæ gemmarum virtutes si in annullis aut monilibus circumgestentur fiunt obviæ. Corallium lætitiam, Rubinus magnum fervorem (de genuinis, non autem de fictitiis gemmis fit mentio) Jaspis sanguinis & menstruorum retentionem, lapis nephriticus calculi dissolutionem procurat. Pulvis auri vel frustulum auri intro sumptum Helmontio frustra reclamante mendicinale est, & magnum melancholiæ remedium ut & pulvis eboris in vino intro exhibitus.

Smaragdorum monile callo, gestatum furentem maniacum propulsare fertur: & ad visum resarciendum oculo sæpe illutretur virore suo confert Pulviculus ejus in aliquot guttis vini exhibitus fluxui ventris medetur.

Inter alia hujus perceptionis effecta fermentatio nobile naturæ opus exoritur: ac fermentatio non fit in instanti; quia materia concurrit (quæ tardiuscula est) cum luce ad hoc opus; materia enim in fermentatione signatur, teste decocto pollentæ cum fermentatur fit cerevisia, &c. quædam tamen fermentationes fiunt subitaneæ, ut accensiones (quavis post inflammationem lampas minuitur,) & infectiones ut cum animal à scorpione pungitur, aut peste grassante cum ab ægro sanus repente inficitur: aut

cum oleum gariophullarum chemice extractum uni extremo longius uniculi nicotianæ instillatum per cotam funiculi loogitudinem actutum odore suo perspirat.

C. Tertio hæc lampas est ipsum concreti interius cœlum stelliferum suos planetas & suum Zodiacum ostendens, ex hoc inferius cœlum superioris imago est. Embryo hoc sigillum in ipso partu acquirit (in alvo materna matris imaginationibus, & animæ suæ characteribus essentialibus præcipue notatur) postea cum ex genetricis ultero in mundi capacem alvum emigrat, ejus lampas vitalis fit centrum confluxus sydere quia ad faciem cœli præsentem in climate illius nati ad impressiones suas hoc lumen excudunt, id est, ad humorem lunæ, ad frigus & siccitatem saturni, servorem martis, temperiem Jovis, luxuriam uvidam veneris, subtilitatem mercurii, & vitalem solis calorem. Hoc est microcosmi novum cœlum quod superiori macrocosmi formamento ad positum nativitatis exquisite respondet. Cum planetæ superioris firmamenti revertuntur ad eadem cœli puncta in quibus fuerunt nativitatis tempore, & in iisdem punctis alterum planetam aut plures planetas, sextiliter, quadrate trine, aut opposite, atque etiam conjuncte aspiciunt, eadem planetarum scæna in cœlo microcosmico agitur. Hæc hominis portio est syderibus subjecta quæ dicitur astralis homo, & quia spiritum hominis quodammodo ad tristitiam, lætitiam, & desideria inclinat, sydera suadere

dere quasi, sed non cogere animã rationalem constat : Hinc sapiens dominabitur astris, non solis currum ascendens aut lunam cœlo æthereo deducens ; sed inferioribus suis planetis modum præscribens in affectibus suis ne extra limites vagentur, & in debitis morborum medelis Gratia Divina assistente. Inferiora ergo superioribus correspondent. Hinc eclipses & aspectus, & planeta nativitatis significator plane percipiuntur, secundum ascendens, & planetam ejus proprium, & planetam in eo positum, & eorum planetarum tincturas complexio hominis regulatur, vel saturnina, vel jovialis vel martialis, vel venerea, vel mercurialis, vel lunaris, vel solaris, vel terrea, vel placida, vel servida, vel lasciva, vel subtilis, vel inconstans, vel heroica : & sane lampas signata homines sub antipatheticis syderibus natos naturaliter abominatur, ut jovialis saturnalium sodalitia præsertim si quadratus aut aliquis inimicus aspectus hoc odium auxerit. Quando clariori sub astro homo natus fuerit, tanto splendedior hæc flamma erit, & expeditior animæ ministra erit : lampadem Alexandri magni claram fuisse oportet ; nam aliquid homine sublimus spirabat.

Nec non à Deo certe inspiratus qui supra consiliariorum suorũ artes stupenda excogitabat. Hujus farinæ homines presentiam Dei singularem habent.

Opportunum hic erit planetarum characteres lampa-

lampadi ejusque variis sedibus impressos, describere.

D. Saturni formalis character odiosus est, quapropter cæterorum planetarum characteres cum horrent, & statim ab ejus preceptione se in centra sua recipiunt, & sua materialia contrahunt unde oritur illarum materiarum rigor & constrictio, ut in congelatione fieri solet. Estque ejus character venenosus. Hinc frigus, melancholia, stupor, metus, invidia (quæ aliqualiter marrem etiam participat) & quicunque affectus lucem suppressam & compedibus quasi detentam sequuntur. Color saturni est viridi: viror sit ex pauca & debili luce multam diaphanitatem perradiante, quæ ex ejus abundantia sit aliquantulum tenebrosa, unde calor ejus non est sensibilis. Materiam nigram vel potius lividam, aut nigrovirentem, aut frigidam, aut constrictam, ut ossa, melancholiam; signatmotus ejus est ex frigiditate tardus, lien ejusque sanguis cum saturno sympathisat. Siccitatem proprie affectat, sed quandoque ex humidorum planetarum tinctura, & humidi signi confluxu humescit. Materiam crassam reddit, sed mercurio comitante subtilia spectat ut frigidas & venenatas exhalationes, & uapores, ut in epilepsia, apoplexia, stupore, &c. febres intermittentes ut tertianam, & arthritidem excitat.

E. Formalis character Jovis est relaxans, unde oritur temperatus calor cum humiditate moderata, unde tranquillitas, hilaritas, sereniras,

cla-

claritas, & lampas defæcata, & spiritus invidia, tristitiâ, stupore fraude immunis. Lumen ejus est defæcatum, vividum, & album & satis copiosum. Calor ejus est satis perceptibilis; sed etiam inutilis, nisi irritetur in tertianis à Saturno, suè accendatur à Marte, Sole, vel, utroq; simul; ut in febre ardente. Humor ejus est admodum moderatus. Hinc Jupiter, est vitæ amicus, & materiam laxam fluidam, calidam (n) sanguinem vitæ vehiculum illustrat & fomitem, sicut etiam hepar sanguinis officinam, & operatorium.

F. Character Martis, est ex copiosa sed aliqualiter impedita unde quidam violentia se exerit: hinc agilitas, ira, pugnacitas, fortitudo, calor etiam fervidus in sicco accidentaliter etiam in humido; sed impeditus, & instar feræ in antro fævientis, violentus. Color ejus est rubicundus & satis copiosæ lucis nigrum pellucidum tralucentis. Materiam siccam & fervidam ut choleram, sive tenuem sive crassam agitat.

G. Character Veneris est alliciens et attractivus et laxus exterius friget, interius calet, amores & lasciviam imprimit. Lux ejus albocitrius & splendida; formosus est hic planeta; deliciis sensualibus indulget. Materiæ medullari & spermaticæ præest.

H. Character Mercurii est subtiliare, motus est celer, flatibus & exhalationibus, & vaporibus præest. Lumen ejus satis radiat; sed subsolis radiis sæpe occultatur.

I.

I. Character Lunæ est promiscuus, est quasi speculum reliquorum planetarum eorum radios prout aspicitur ab illis reflectens. Hinc est mutabilis naturæ; ergo laxitatem et fluiditatem potius ambit quam siccitatem et constrictionem. Lux ejus est alba, sed maculis interrupta, aqueo humori et cerebro, et oculis præest; quare totum laticem humoris aquei per totum corpus exagitat. Si in nativitate infantis luna fuerit luminosa, tunc interior lux humorum laticis et cerebri libere regnat; si luna lumine vacet, natus erit maniacus, melancholicus, et hypocondriacus, et plerunq; in novilunijs et plenilunijs insanit. Et quisunq; morbo acuto laborat paroxismos in diebus criticis respectu laticis qui per totum corpus perfunditur, cum luna quadrate, aut oppolite locum illum cæli in quo fuerat cum æger præ dolore lecto affigi cogitur, præcise aspicit.

K. Character solis est vitæ & lampadis claritas & splendor. Lux ejus est fontana, propria & fulgentissima. Diem ab ejus quadratura & oppositione loci illius in quo fuerat cum æger decumbere cogitur; sed luna etiam toto tempore ægritudinis est etiam observanda. sanguini puriori et arteriali, ut et ipsi cordi moderatur.

L. Character cœli stellati præcipue percipitur impressione signi ascendentis, et culminantis in nativitate.

M. Obiter observandum lampada terræ in *Ætnâ* et aliis montibus flammivonis actu splendere; Aeris puri aut ætheris in ipso sole et syder

deribus fixis igneis oculis hominum ſpectari.

N. Quarto hæc naturæ lucerna facultates corporis viventis regit cibum enim in diverſos humorrs digerit, et ab homoribus impuritates adnatas ſeparat, ut ſtercus a chilo, urinam choleram et fæculentias à ſanguine, pituitam, cerumen, ſudores, et tartaros qualeſcunque. Interea tempore ſtatuto hæc in vaſis retinet donec digerantur, & impuritates à puritatibus ſecernantur. Abhac corporis animati vis procedit, in hac archei præcipuorum membrorum reſident: archeus enim ſtomachi fabricator chili huic noſtræ terræ reſpondet; archeus fabricator ſanguinis in hepate Jovi archeus fabricator ſanguinis in hepate Jovi, archeus fabricator nigri ſanguinis in ſplene ſaturno, faber puriſſimi ſanguinis in corde ſoli, fabricator choleræ in felle Martı fabricator ſpiraculi et ſubtilitatum mercurio etiam in pulmone, faber ſpermatis, in teſtibus Veneri, faber laſicis et quorundam ſpirituum in cerebro Lunæ conſentit.

Si ventriculus terræ reſpondeat, ſtomachus & cum corde, & cerebro ſympathiſat, terræ & ſolis & lunæ efficaciam præcipue perfert & percipit, & cum his ſolis eclipſes celebrat. Hi archei antipathetica horrent, ſtomachus venena rejicit.

Præclarum eſt Helmontii teſtimonium (qui horum archeorum nuncius fuerat) ſcammonium ſub mellis larva propinatum prima vice comiter à ſtomacho recipi, poſtmodum ejus fraude com-

compertà, si iterato exhibeatur à stomacho tanquam quid detestabile rejici.

O. Quinto sexum distinguit; major flamma masculinum, minor fœmininum comitatur: fœmineæ lampas debilior est viri lampade, corpus imbecillius, urina pallidior, statura brevior, animus meticulosior, &c.

P. Sexto hæc lux media sympatheias animantium palam indicat; imo quorumcunque viventium; vel occasionaliter ut phormyngos musica quendam per imaginationem matris suæ gravidæ (ut à Scaligero traditur) primo auditu ad urinam reddendam exegerit. Alter etiam à parentis suæ impressione fragrantiam rosæ sustinere nequibat. Ecce odium non solum inter hominem & plantam; sed etiam inter hominem & modulos Musicæ. Vel à sydere adverso ut inter gentes quasdam perpetua fere hostilitate se exercentes. Vel ab oppositio sigillo specifico ut inter hominem & serpentem, mutua odia & ab ipso paradisi sæculo perpetua: hoc sigillum lampadi est impressum.

Q. Septimo hæc lux media vehementes animæ imaginationes sibi inscriptas, semini & artubus vicinum imprimit: semini vehiculo morbi hereditarii, ut arthritis, calculus, lepra à parentibus ad seros nepotes transmittuntur. Studia etiam & vultus parentum à posteris redintegrantur. Si aliter etiam parentum valetudinarius sit, & proxima proles alterum firmæ vale-

valetudinis referat; nepos utcunq; valetudinarium ſæpe refert avum.

R. Artubus autem imaginationes antipathicæ hujus lucis viſceribus, oſſibus, iliis, ſævo, impreſſæ etiam poſt funera reſident; fides agninæ lupino dente prope admoto crepant et rumpuntur. Mira eſt Cardani relatio, candelam quandam ſebaceam prope theſaurum in terra conditum ſtrepere et ſcintillare.

S. Octavo hæc flamma eſt cuſtos proprietatum mirificarum: ſtruthio ferrum tam facile quam pabulum concoquere dicitur. Venena hic locum habent quorum plæraque ſubtilitatem callent. Res nobis amicæ ſubtiles uſurpatæ ſupra modum, ut olea chemica aromatica blandiendo vitalibus nocent: res vero inimicæ primo ingreſſu tumultum exitantes proviribus repelluntur; lampas enim homini contraria cum lampade hominis conſligit, ex conflictu tumor enaſcitur, ut ex ſerpentis punctura in corpore humano notum eſt.

Quoddam virus apparentias cibi nuperrime comeſti abſtrahit et viſui interiori hominis illas rerum imagines turbulente communicat, ut qui nuper bubula paſtus fuerit à cornigeris bubus ſe impeti imaginetur. Tarantula eſt inſectum motus ferè perpetui, cujus punctura muſico Organi cantu illius tarantulæ motibus congruo ſanatur, qualis ille cui tarantulæ permicioſus aculeus infixus erat tripudio ad organi numeros componens, motibus venenum

ex-

exſudat, & pro tempore liberatur. Sed quid ego monſtra commemoro? Mala perfica ipſis Perſis venena Græcis tamen innoxia.

7. Nono formæ hominum individuales hic diſtinguuntur; unde Glorioſa Sapientia Dei elucet, in tot millibus facierum nullam inveniri quæ non aliquâ à reliquis diſcernitur nota.

Roſæ ſal puriſſimum in phiala tepore extrinſecolaceſſituum ipſius roſæ ſpectrum ſenſibus miniſtrat. Quid miri ergo ſi forma individualis corporis humani in conſummatione ſæculi reſurgat, ut ſupra monitum i Cuiq; concreto triplex ſal ineſt, ſal (*n*) Alcali quod ex concreti combuſti cineribus in aqua communi (vel potius aqua ipſius herbæ deſtillatâ) reſolutis poſt aquæ evaporationem elicitur. Hoc ſal eſt difficile deſtillatu. Secundum eſt ſal volatile ſpirituoſum, vel oleoſum. Tertium eſt ſal poſt curſum operis philoſophici abſolutum fixum quod manet incorruptum. In omni hoc ſale ſeminalis viventis vis latet, in prioribus duobus tarde, ſed in ultimo nunquam naturaliter aboletur; etſi hoc ſal corporis plures quam Proteus formas mutaverit. Atq, hunc pulverem incorruptum a ſua animâ magnetice attrahi in Reſurrectionis die ratio humana nedum fides Chriſtiana plane comprobat.

V. Decimo notandum peccatum originale in hac flamma radices ponere: adeoq; in evangelio dicitur carnalis, vel animalis homo non apprehendens ea quæ Dei ſunt; at anima per Sanctum Spiritum cupiditates vitales cohibens di-

citur

sicut spirituales homo, unde perpetua pugna inter carnem & spiritum.

Cum Deus animam creat. Ille puræ luci principium motivum ad memoriam ad actus reflexos, & actum reminiscendi, Principium intuitivum ad intellectiones & rerum apprehensiones. Et principium electivum boni sive realis sive apparentis (n.) voluntatem Imprimi ad per impressiones ab Adamo primo peccatore, & primo parente generis humani transmissas, materia corporum humanorum characteribus appetituum corruptorum signata, eosdem per hanc lampadem animæ communicat, multaq; hoc commercio contra rationem rectam à voluntate eliguntur, eoq; modo peccata in actum educuntur.

X. Decimo primo ratione hujus lampadis in facultate imaginativa somnia multiformia exoriuntur: vel à charactere interiori ut somnambulonum noctu inter dormiendum vagantium, & quandoq; venantium, & interdum facinora, quæ ipsi vigilantes non audecent, patrantium. Vel à charactere sydereo, cum lampas non multum obnubilata fuerit, alioqui atræ nubes etiam somniorum apparentias obscurant: sic veneres amatoria sæpe secundum quietem obverfantur. Vel a perplexarum cogitationum impressionibus negotia diurna non raro noctuinas molestias dormientibus addunt. Vel à victu: sal ex aqua cujusdam fontis sulphurei in aqua communi solutum et post cœnam cum cubitum ietur haustum somni-

um

um Stygii fluminis apud Virgilium descripti dedit.

Vel inunctionibus aut suffitibus cum succos herbarum recentium caput affectione imbibit, virores pratorum aut hortorum (ni stomachi colluvies, aut cerebrum humore depravato gravatum impediat) non inamæni inter somnia videntur. Quantum vero ad somnia eventuum prænuncia attinet, vel in extasi Divina fiunt qualia fuere veterum prophetarum. Vel matutina somnia sunt veridica cum vapores ex stomacho cerebri lampadem obnubilare cessaverint res præmonstratæ clarius apprehenduntur. Vel cum somnia repetita sunt ut Josephus patriarcha monet Pharaonem, licet similitudines eandem rem præmonstrantes non sunt eadem in utroq; somnio. Vel Somnia terrorem incutientia qualia Nebuchadnezaris. Somnia sæpe per similitudines repræsententur ut Pharaoni, & Nebuchadnezari; quandoq; etiam clara et aperta sine ænigmate mittuntur ut Solomoni.

7. Decimo secundo per hanc lucem mediam lampades concretorum intra corpus humanum digestorum ab archeis membrorum si gratæ fuerint alliciuntur; si odiosæ fuerint rejiciuntur. Hinc quædam herbæ dicuntur stomachicæ, aliæ cephalicæ, aliæ cardiacæ, aliæ hepaticæ, &c. non quod quædam herbæ cerebrum petant, aliæ cor, aliæ hepar materialibus suis succis; sed earum lampades ab archeis membrorum attrahuntur, et rejiciuntur: alioqui omnes herbæ essent stomachi

chicæ aut hepaticæ quæ omnes primo in ſtomachi ſinum recipiuntur & digerantur eſſentque itidem omnes herbæ ſtomachicæ aut hepaticæ, &c.

Z. Decimotertio lampadis vehicula materialia ſunt, mercurius, ſulphur, & ſal; ejus autem intimum cubile eſt ſal. In ſulphure autem liberrime ſe exerit, teſte oleo & ſpiritu chemico; ſal vero retinet lampada ne auſugiat, eſtq; ejus penetrale. Mercurius autem utriuſq; mare vel ſodina ubi natare, & unde emi utrumq; poteſt forma radicata in ſale, radiat per ſulphur in mercurium: ut ſol depingit glaciem contuſam & fractam amœnitatibus iridis.

A a. Decimoquarto hæc lux media eminus operari & ſphæram radiorum extra ſuum concretum emittere videtur, ut corpus potius ab animâ, quam anima à corpore terminari exiſtimetur: hinc diſtantiæ operationes & magnetiſmi oriuntur: ut patet ex pulvere ſympathetico (n) vitrioli Romani, aut cujuſlibet vitrioli probati in aqua ſoluti, cui aquæ ſi linteum ſanguine vulneris, aut pure ulceris perfuſum immergatur, & quotidie novæ aquæ vitriolatæ impoſitum maneat, ſi æger non valde remotus fuerit progreſſu temporis ſanabitur. At ſi unguento teli lignum ſanguine vel pure tinctum indatur ad quamlibet diſtantiam æger reſtitueretur. Ejuſmodi remedium opportunum eſt nutricibus quarum mammillæ ulcerantur continua lactatione infantis, quem præ

dolore mammillarum diutius ſugere non ſuſtinent. Eodem modo verrucæ ſuillæ recenti illitæ, ſive crudâ ſive coctâ, ſi hæc ſuilla vel ad ſolem in aere, vel humi condita putreſcat, tandem evaneſcunt, & his modis multa ulcera & morbi ſanantur.

Concreta & herbæ ſignatæ morbis aut remediis morborum (quas ſignaturas in Baptiſt. Portæ Phytonomia legere licet) exiſtimantur à Philoſophis eſſe remedia magnetica. Sed in his cavendum ne peregrini characteres, quarundam herbarum licet ſecundum ſignaturas ſuas medicantium, alia ſymptomata nocua ſecum adferant, & factores ex peregrina fermentatione excitent.

Bb. Operatio diſtatica ſic fit licet lampas ipſa ſit ignea & materiæ aliquatenus immerſa; tamen puros radios emittit e materia emerſos conſpectum fugientes ſubtilitate ſua, ad quam tancunque diſtantiam à nullo vento vel aura diſſipabiles & lampadem objecti percipientes ejuſque modos abſtrahendo, eos ad ſuam lampadem in inſtanti mittunt, ſive fuerint ſpectra rerum, ſive colores, calores, frigora, dolores; levamina *&c.* Nam ſicut exterior lux colores & figuras ex ſpeculo ubi tantum reflectuntur, ad oculum defert, & his oculos æquè afficit ac coloribus ex ipſo objecto abſtractis afficeret: eodem modo radii lampadis non ſolum colores ſed etiam calores, frigora ſapores, *&c.* ex objectorum lampadibus ubi abſtracte habitant ſubtiliter abſtrahit, ac iiſdem

iisdem quoslibet sensus afficit. Ego ipse memini cum salivam meam pulveri sympathetico permiscuissem, paulopost os meum sapore vitrioli perfusum fuisse. Linteum ex aqua vitriolata igni admotum dolores in ægro excitat.

Si quæsiveris cur pulvis vitrioli non ad longinquam distantiam æque ac unguentum teli sanet: respondetur quia lampas illius pulveris non multum foras aqua vulgari aut fluviatili elicitur, sulphur vitrioli proximum lampadis vehiculum magno labore Chemiæ acquiritur: ergo non facile aqua communi educitur.

Hoc vos monitos velim lucem signatam retinere characteres quos abstrahit, donec a contrariis deleantur aut à potentioribus aliis lucibus signatis (ut character morbificus ab arcanis chemicis, ut à sulphure auri, vel à lana auri; si character fuerit venenosus deletur) vel ipsius ægri lampas progressu temporis vi sua discutit. character autem à spiritu formali impressus luci est durabilis, ut patet in figura plantæ specifica quæ per omnes seminum generationes in iisdem manet invicta.

CAP. XII.

Usus lampadis.

INter reliquos usus principia medicinæ hinc eruuntur: ex lampade non bene disposita multi oriuntur morbi ex lampade non matu-

ra multi tardiusculi & acoetes pueri, cum lampas eorum non satis libere regnat; ea tandem clarius elucente in virili ætate eorum ingenia maturantur. Eodem modo cum libertas lampadis morborum nebulis impeditur ingenium labascit: ex intemperantiæ vaporibus, & exhalationibus jubar lampadis obnubilatur.

B. Cum vehiculum ejus sulphureum deficit aut vitiatur, ut fieri solet in senibus, tunc lampas languescit, majores tenebræ succedunt, ingenium cadit, vires frauguntur & corporis, & animæ (quamvis anima in se sit inconcussa, instrumentum ejus lampadale vacillat) mœstitia & fatuitas suboriuntur. Idem accidit consumptis. Post haustus aliquot potentis cerevisiæ, zithi, aut vini pro tempore reficiuntur hi seniculi. Haud multo aliter fit cum nimio studio deditis sive rei literariæ, sive rei amatoriæ, sive rei nummariæ, aut honoribus æquirendis se devoveant.

C. Nebulæ lampada offuscantes, aut sedando aut depurando tolluntur.

Nebulæ sedantur remediis appropriatis (*n*) signatis & præcipue eorum arcanis salibus sive volatilibus sive fixis, aut universali sedativo (*n*) auri elixere: aut auri sulphure aut auro potabili subtiliter parato.

Nebulæ depurantur vel attrahentibus ut venena cognatis venenis abstrahuntur, emplastrum aranearum carpo alligatum febres intermittentes tertianam & quartanam sanat, caro viperina

est

est basis magnæ theriacæ, et ea sola sine additamento venenis medetur. (frondes nigrorum corrantiorum anglice currans obiter addo omni fariis venenis mederi vi sedativa) bufonis remedium etiam ab Helmontio indicatum pestilentiale vivus extrahit. Bufo etiam appensus scabioso equo eum sanat. Sulphur etiam sulphureitates extrahit, unguentium ex butyro recenti, et sulphure pruritui longa experientia medetur. Vel nebulæ solutivis depurantur, qualia sunt mercurius diaphoreticus, tinctura Lili Alkaheſt, &c. quæ sua vi quicquid sit extraneum in corpore dissolvunt.

D. Unum hoc inter cætera vos certiores faxio quicunque lucem hanc ex fodinis eruitis: ubi facilem se præbet leniter, agite; alioqui curru consanguinei arrepto, equis æthereis aufugiet, & domum inanem relinquet. Ubi autem in arce metallica se occluserit, quibus poteritis modis hanc diruite (belli ferratæ manus tandem Tyrum expugnarunt) & lucem eruite donec facilis fiat, quam naturæ modi exultate. Eam iterum subjecto simili quale prius subegistis committite, & fovete & eundem circulum terite donec eam multimodis faciliorem, & propiorem, & efficaciorem inveneritis.

CAP.

CAP. XIII.

Lucis in aliam lucem modus.

A. LUx exterior cujuſlibet lucis exterioris dimenſiones penetrat. Idem eſto judicium lucis interioris. Cum jubar unius candelæ cubiculum mediocre replet, nihilominus licet viginti aliarum candelarum radiis ſimul & ſemel idem ſpatium occupare.

B. Secundo lux major minorem extinguere videtur quamvis ſydera interdiu æqui ac noctu cœlo inſint, interdiu tamen eorum luces à nobis non videntur, Cornicum ſolis jubar eorum luculas interdiu extinguit, in magna diſtantia cœli à ſolo ut viſum prorſus fugiant. In parva tamen diſtantia rutila lux minorem languidam & debilem reddit; ſed non prorſus extinguit; candelæ lux in radiis ſolaribus eſt quaſi color pictus. Colores gemmarum (qui ſunt luces per tenebras materiæ radiantes) interdiu à nobis videntur, noctu vero imbecillitate ſua nou aboculis noſtris conſpiciuntur earum lumen eſt tenebris impeditum.

C. Tertio Actio unius lucis ſignatæ in aliam eſt fermentatio, & lux fermentans eſt quaſi maſcula, & fermentata quaſi fœminina. Quamvis fermentationes quandoque à ſimplici luce & calore fiant: ut cum paſta ex farina & aqua fer-

ſervente tandem ſit acida, illa tamen acida paſta characterem acoris obtinuit, & impoſita alii paſtæ recenti totam illam acidam reddit, acor ejus à lampade alterius paſtæ recentis receptus, & ſic parum acidæ multum recentis paſtæ fermentat: & ſic lux ſignata in ſignatam agit: Cum character formalis materiam ſimpliciorem ſignatam agit: nam character formalis materiam ſimpliciorem ſignatam fermentat, illa materia eodem charactere plane imprimitur, & mutatur, ita aer à ſale petræ vel vitriolo, vel oleo vitrioli imbibitus, in ſalem petræ; vitriolum & oleum vitrioli convertitur. Si fermentum agat in materiam homogeneam eam etiam aſſimilat, ut fermentum cereviſiæ imprimit: ita fermentum paſtæ paſtam acore ſuo perfundit. Si in materiam heterogeneam agat non ſolet eam totaliter aſſimilare ut in ſquillis ſub Veſuvio monte quibus porci veſcuntur, eorum carnes ſive elixæ ſive aſſatæ ſquillam ſapiunt: ita Pharmaca & edulia ſuos characteres ſalubres aut inſalubres veſcentibus imprimunt. Necnon ipſe aer quamvis ſit materia ſimplex, qui exhalationibus abundet aliqualiter aſſimilatur, ſed aer odoratus & florum fragrantiis imbutus, poſtquam à ſalibus imbibitus fuerit, redolere non ceſſat.

D. Fermentationes alias aliis cardiores eſſe in lampadis perceptione ſupra monitum eſt. Fermentationes ſubitaneæ in tranſmutationi-

bus

bus metallorum quæ fiunt elixere philosophorum toties decantato, in infectionibus quæ fiunt à subtilibus oleis chemicis, ut oleo gariophyllorum subito incotianam suo sapore & odore inficiente, in fixione mercurii quæ fit à smiride in liquorem resoluta, in pulvere pyrio accenso, in chalibe magnete tacto.

CAP. XIV.

Fermentationis effecta.

FErmentationis effecta sunt multa plæraq; quæ lux exterior in materiam agit fermento etiam tribui possunt; sed præcipuum ejus opus est assimilare, unde obiter sapores, colores, odores, vires medicas inducit. Plumbum ex se inodorum cum corpus ejus menstruo apposito aperitur supra dona Arabica, & succos odoratos mire fragrat, quamvis experientia perhibetur potestati Venereæ resistere. Sapor fermento ut acor pastæ, aut liquori inducitur.

B. Fermentatio transmutat acetosum in dulce, & dulce in amarum. Zythus enim validus modo ne nimium lupulis amarescat, fermentationis diuturnæ vi purum ab impuro separantis vina potentia æmulatur.

C. Fermentatio multiplicat: pauxillum fermenti cerevisiæ se mire multiplicat in decocto pollentæ. Mercurius etiam a smiride fixus mercuri-

am

am alium visus vim prægnat, ut etiam figat mercuriam crudum, &c.

D. Separat heterogeneitates, ut per coagulum serum a reliquo lacte separetur.

E. Maturat ita aurum, argentum, & mercurius radicaliter soluta & permista fermentantur, & maturantur in opere chemico.

F Operatur etiam ad distantiam ut in historiis nasi supra memorati, & multis aliis operationibus dictaticis.

G. Motum violentum inducit, ut in pulvere pyrio nitrum per se est igneum, sulphur eridem igneum & titio facile ignibilis. Nitrum per se in crucibulo sine tumultu liquescit, sulphur etiam sine fragore in igne inflammatur, & titio sine omni violentia comburitur: commista tamen & accensa strepitum edunt & in auras avolant.

H. In multis etiam fermentationibus ut supra monitum fit tumor, calor & magna ebullitio.

I. Hoc silentio non prætercundum, remedia vulgaria metallica non esse essentias metallorum, sed quasdam obscuras fermentationes satis periculosas, & humano temperamento peregrinas. Helmontii pertissim chemici testimonio Nitrum & colcothar permista dant aere venenum.

K. Fermentatio materiam in destillatione tractabiliorem efficit, ita ut olea et spiritus suos facilius præbeat. Ita fermentum cerevisiæ decocto mellis additum mulsum spiritus sui facile exhibitivum reddit. Vinum vetustum externo calo-

re

re ad fermentandum excitata copioſum ſpiritum deſtillatione eduut. Hinc etiam fermentati liquores inebriant imoſerum lactis arbori in ſylvis creſcentis, & excavatæ inſtar dolii, infuſum & probe operculo clauſum fermentatur, & potores inebriat, Spiritus vini, ſal, acetum, & forte ſynapi, arbor recens excavata poſſunt decoctum pollente fermentare. Oleum vitrioli attactu mercurii fit abumen teſte Helmontio.

CAP. XV.

Miſtio.

A. PRo doctrina miſtionis ex quatuor elementis doctrina fermentationis eſt conſulenda. Omnia concreta quæ in terris invenuntur ut ſuperius dictum, in aquam elementalem reſolvi poſſunt, ergo ex ſola aqua producta ſunt; ergo non ex tribus aut quatuor diverſis materiis.

Neque aer in illa aqua deliteſcit, nam aer noquit aquæ per miſceri, ſed in bullas abiens ſuper aquam aſcendit: ſique permiſceretur aqua eſſet opaca præ poris aeris, et non maneret, & ut eſt diaphana. Poſtremo hæc tria ſolo frigore gaudent non calore, calor à ſola luce proced t.

Ergo, pro miſtione fermentatio accipienda eſt: ſed notandum licet characteres accidentales in fermentatione varientur, characteres tamen formales ſtabilitatem tenent.

B. Caveant illi multorum ſimplicium cumulatores in compoſitione medicamenti cujuſlibet, nam quamvis in quibuſdam qualitatibus omnia conſentiant

ſentiant, in aliis tamen diſſentire ſolent, & magna confuſio ex characterum peregrinorum fermentationibus ut in Chao Ovidiano, ſuboritur.

CAP XVI.

Nutritio.

A. NUtritionis doctrina ad fermentationem attinet, quia nutritio alimentum aſſimilat. Stomachus animalium, ſicut archei reliquorum membrorum, humorem alimentarium varie tranſmutat. Radix in plantis ſtomacho reſpondet, quæ appetitu quodam donatur, ex appetitu ſuccus a radice attrahitur, & imbibitur, ut victus ori ingeritur, qui cibus digeritur, & digeſtus aſſimilatur, unde corpus accreſcit, in longum, latum, & profundum creſcit, unde plantæ & animalia in vegetatione, nutritionem, accretionem, excretionem annualem, & fructificationem præſe ferunt: excretionem autem ubi ſuperfluitates alimenti, & partus ſuos caducos rejiciunt, ut in amiverſaria foliorum, florum, fructuum, & ſeminum ex arboribus ejectione. In animalibus vero excretio ventris ſputi puris, crinium cutis, & unguium, & inſenſibilis profluviorum tranſpiratio: fructificatio ex nutritione propria folia, flores, fructus, & ſemina producit, ſecundum formales characteres impreſſa. Producuntur Maturatione (de qua ſuperius dictum) & tandem ſemina in plantis ſunt, vaſa fermentum a ſpiritu formali impreſſum continentia, quæ novam progeniem nova fermentatione producunt.

CAP.

CAP. XVII.

Generatio.

A. GEneratio tandem eſt fermentationis opus, ubi ſemen à ſpiritu formali impreſſum, maſſam ſibi cognatam fermentat habitaculum ſpiritui formali idoneum paratur. Semen fermentans eſt maſculum, maſſa fermentata eſt fœmineum. Succus terræ eſt pro fœmineo ſemine plantarum. Nec plura proferre fas eſt.

Jam vela contraho ſi lucem humanam multis parasangis puriorem potentiorem, et ſublimiorem animalium reliquorum ignibus obſervaveritis, et brutorum lampadas multo lucidiores vitalibus vegetabilium candelis.

His poſitis fundamentis clare patet circulationem ſanguinis eſſe commentitiam; non autem realem; nam primo, corruptiſſimus venarum ſanguis per ipſum cor circulando flueret (nam in circulatione totus venarum ſanguis per omnes venas & arterias perpetuo motu perfluere dicitur) quod ſi fieret ſanguis iſte vitioſus cordi eſſet exitio & corde læſo corpus caderet.

Secundo, quamvis ſanguis venalis colore, & calore, & puritate, & viribus; ab arteriali diſcrepat: et ſanguis arterialis puritate et ſubtilitate ſua ſpiritus dicitur; ſi ergo hæc circulatio foret, ſanguis venalis cum per arterias fluit in ſpiritum mutaretur, ſique ſpiritus arterialis in venas refluereret curriculo

culo temporis subito in sanguinem venalem degeneraret, id est, vir fieret mulier, & pervices quotidie mulier fieret vir. Tertio si circulatio daretur sanguis ex qualibet vena elicitus cuilibet morbo foret remedio, nisi ex hæmorhoicis latentibus sanguis ad splenis Melancholiam eliciatur, teste Zacuto Lusitano, alia vena frustra aperitur, quæ cucurbitâ vitrea, et stupæ flamma visibiles, et tangibiles fiunt, et hirudinibus solis; non autem lauceâ aperiendæ sunt. Si quæris in quem finem dentur anastomoses venarum et arteriarum ubi transitus è vena in arteriam conspicitur. Respondetur non ob sanguinis ex vena in arteriam, aut ex arteria in venam transfusione, sed ad arteriarum respirationem quarum spiritus est valde impetuosus, & ex calore arteriarum transfluente ob majorem sanguinis venalis vivificationem. Non opus est sanguinis circulatione; nam lampas medicaminum vires ad remotissima & penitissima corporis viscera transfert: tibiæ scabiem oleo nicotianæ chemico illitam confestim turbatio ventriculi ad vomitum & sedem consequitur.

Specula duo propono lampadem interiorem clare monestrantia (n) thermometrum, & tubum Torricellii.

In Creatione mundi Lux & tenebræ primo creantur, & tenebræ sunt ens positivum: non autem privativum, ergo sunt materia mundi, primaque mundi materia fuit uniformis, ergo disphana, nullæ tunc materiarum diversitates a-

de-

derant quæ opacitatem, inducerent: nam tunc terra primo capite Geneſeos dicitur fuiſſe informis, quia materia nondum terræ formam induerat. Materia nomen tenebroſarum aquarum ſortitur, priuſquam lux virtute verbi Omnipotentis *fiat* affulſit. Spiritus lucem hanc & materiam movens ſigillo obſignavit; unde lux diffuſa per materiam jam ſignata fuit.

Unde materia, lux, et lux à ſpiritu ſignata jam facta ſunt, lux hæc per materiam diffuſa pro viribus quandam materiæ portionem laxiorem aliâ reddit; laxiſſima autem ejus portio dicitur aer aut æther, firmamentum aut cœlum, quod ſecundo die creatum fuit: materiæ reliquæ ſignatæ, et minus laxæ, quas lux non tam tenues quam aera fecerat, ſunt aqua et terra: lux jam ſignata terram mineralibus et vegetabilibus replevit quod erat opus tertii diei: et Cœlum ſyderibus patulum lucentibus, tanquam totidem lucis in propatulum conſtituxibus, conſperſit, quod erat opus quarti diei. Poſtea laxioribus elementis (n) aeri et aquæ animalia immiſſa (n) piſces, et aves, opus quinti diei. Tandem elementorum conſtrictiſſimo (n) quadrupedes, & reptilia dantur, ultimo homo harum creaturarum campos ad imaginem Dei creatus intrat.

Poſt literam marginalem B. capitis quarti. Quoad contractionem lucis, experimentum laternarum minorum in majoribus impoſitarum clarius hoc modo explicatur: eſto (n) concavum oblongum parallellogrammum. Hic tubus ſit 12. pedes longus, et ſinguli pedes oſtiis trofatilibus, quæ poſſunt ex-

extrahi, et pro arbitrio intrudi, claudantur; candela ardens in primi pedis loculo posita superficiem primi ostii illustrat; quo ostio aperto secundum (n) ostium secundi pedis illustratur, et sic deinceps singulis ostiis ordine extractis tandem ad ultimum ostium candelæ jubar diffunditur. Cum primum ostium hoc jubare illustrabatur, et totum jubar candelæ unius pedis spario contentum fuit: hic unus pes tandem omnibus ostiis extractis nisi ultimo à quo sistitur, in 12. pedes longitudinis extenditur.

CAP. XVIII.

Thermometri & Hygrometri secundum Lambdadem explicatio

A. UTerque est tubus in vertice clausus, basi verò apertus: thermometer in superiori parte cylindri concavi partim à vitro, partim ab aqua immediate intra se in eodem cylindro posita aerem conclusum continet. Hic aer calido planetarum aspectu dilatatur, et aquam deorsum trudit: lampas à calido influxu exitata se expandit aeremque extendit. In frigido tamen influxu lampas aeris sese contrahit, aeremque constringit, minusque spatium occupat; unde aqua contigua quondam depressa jam ascendit, thermometerque mensuram caloris exhibet. Quoad Hygrometrum, siva tubum Torricellii attinet: tubus argento vivo repletus invertitur, argentum vivum illud in phialam suppositam decidit, magnaque ejus quantitas in tubo remanet:

neque

neque interstitium intra illud & verticem est inane; fumo enim argenti vivi repletur, levi agitatione hydrargyrum fumat; testimonio nummi aurei in ore conclusi, & ab eo dealbati, si digitus maximus pedis nudi hydragyro paulisper immergatur. Quia fumus hic laxissimus est; ideo hydrargyri materiam compactissimam protruderi nequit; sed ab eadem impellitur. Lampas ergo hydrargyri Cœlo sereno & læto (ut solet etiam in lampade, animali fieri) expatiatur adeoque majus spatium occupando tubum ascendit: eòque magis quoniam lampas ejus, ut & omnium metallorum compedibus vincta est, & libertatem aspirans cognatam mundi lucem mire desiderat, quâ exhilaretur. Silex chemicè paratus sub dio lucem percipiens accenditur, & aliquantisper in tenebris corruscat: lampas metallica defæcatam mundi lucem percipit, & Cœlum nubilum & pluviosum horret; cœlo autem tristi, & pluviam minante lampas hydrargyri languescit, & debilitatur, unde moles illa gravitate sua deorsum sidit. Quandocunque ad fastigium ascensus soliti pervenerit, tunc serenitatem aeris expectato; at cum ad imum deprimitur, actutum pluiturum scito; in medio autem interstitio magis loxium est hoc oraculum.

Soli Unitrino Deo Gloria.

TRACTATUS QUARTUS DOCTRINÆ SUBSTANTIARUM SIVE Naturæ apertæ.

CAPUT PRIMUM.

1. REs ſenſuum teſtimonio confirmatas huc uſq; tradidi, jam eo perventum eſt, ut in clara & ſublimi rationis orbita ſupra ſenſuum orbes diverſandum ſit, cum de ſpiritu quem lyncis acies non aſſequitur agendum ſit, primum in genere quid ſit, deinde num ejuſmodi ſubſtantia in ullo mundi angulo exſtet, tandem ejus modi ſingulatim inveſtigabuntur.

Secundo de anima (n) ſpiritu incorporato tractabitur.

Tertio de angelo (n) ſpiritu incorporeo enunciabitur, & hæc omnia modo antehac in audito.

Senſibus hæc imbi res eſt non parva reponas.

Definitio.

Spiritus est substantia immaterialis suprema admodum vis intense se exerens luci, & materiæ imperans, Divina & creata percipiens.

C. Est substantia quia per se subsistit, et aliis substantiis dominatur (*n*) luci et materiæ.

D. Est immaterialis; quia si lux sit immaterialis multo magis spiritus est immaterialis, nam omnem sensum fugit, penetrat omnes dimensiones, lux nuda per se tantum diaphana penetrat; spiritus autem tam opaca quam diaphana permeat. nulla quantitate determinata limitatur se intendit aut extendit ad libitum, et totus in toto spatio est Lux utcunque se contrahit non tamen est tota in toto. Sed totus spiritus in tota luce inest. Quod ipso nomine miraculum est.

E. Ad modum vis intensæ. Ut vis musicam chordam pulsu digiti humani vibrat; Et licet hæc pulsio accidens sit; hæc tamen vis Divina substantia est. Spiritus à Spirando dicitur: quia instar ventigrassantis & magno impetu spirantis invisibilis est.

Luci & materiæ imperans. De hoc in luce signata supradictum est Spiritus imprimit characteres luci, & modos luci juxta ac materiæ præscribit

F. Divina & creata percipiens. Divinas enim impressiones recipit in donis Spiritus Sancti asina Balaam hac impressione loqui novit & terra (*n*) spiritus terræ Divinam impressionem recipiens) à Domino pulsa contremiscit. Recipit etiam impressiones aliorum spirituum qui

percipit, & modos lucis & materia abstrahit.

CAP. II.

An sit.

HÆc quæstio etiam ad fidem Christianam spectat, rationi quoque est pervia & familiaris, magni autem ponderis tum ad hoc sæculum tum ad futurum. Multi quia spiritum nunquam viderunt, eum nusquam esse arbitrantur: quia se statim non sistunt aspectui postquam ceremoniis magicis vocati fuerint. Quidam etiam his absurdiores negant spiritus corporibus animatis inesse, sed corpora animata moveri tanquam horologia, & alia automata ponderibus, libramentis & metallis violenter inflexis moveri, eâdem ut videtur ratione innixi quia hos non vident ut olim negarunt antipodas quia eos non viderunt. Possunt et nunc centrum terræ, tenuiores lucis radios, intellectum e. rationem rejicere inter nonentia cum mortalibus oculis non conspiciantur. Argumenta superius allata ad probandum immaterialem substantiam mundo in esse huc spectant quæ spiritum corporibus animatis in esse ostendunt (*n*) ab existentia Dei, à Spiritu mundi, ab anima rationali, à forma substantiali à magneticis operationibus, A motu qui planetis, mari, animalibus & plurimis concretis in est.

De argumentis existentiæ spirituum in corporeorum particulariter in doctrina angelorum sermo fiet.

CAP. III.

Cujusmodi.

A. OCulus mortalis purum spiritum monstrare nequit, cum lux vestimentum spiritus non est congregata à nobis videri nequit; at longè subtilior est spiritus, & aspectum humanum prorsus fugit. Corporea spiritus mineralis vehicula chemice monstrari possunt, proximæ sedes lampadis & lucis signatæ: cum angeli hominibus videntur sit medio corporis assumpti, cui licet vitam aut vitalem calorem non infundant motum tamen communicant, unde angelus visibiliter ambulat, et audibiliter cum homine colloquitur. Vel per lucem visibiles fiunt cujus beneficio similitudines quaslibet corporeas effingere possunt; quia ex luce tenebris commista motuum figurarum, colorum, magnitudinum phantasmata oriuntur. Quis nescit tenebras, & umbras vultum profunditatis mutuari? Hoc pictores apprime norunt; hoc iridis pulchritudo docet. Quoad motum & luci, et tenebris materiæ pro arbitratu suo potest angelus motum imprimere, & ipse aerem in quo præsens est, movet, & aeris interiorem lucem exirat, et ei (sicut prægnans embryoni, & multo facilius) vehementi imaginatione figuras, motus, colores, & odores imprimit. Primus ergo modus est invisibilitas oculis corporis.

B. Secundo spiritus est nullius quantitatis determinatæ, nam majus aut minus spatium ad placitum occupat. Et ut vis a pulsione digiti procedens

eodem vel breviorem, vel longiorem chordam muſicam occupat promiſcue ita ſe habet ſpiritus ad Quantitatem.

C. Tertio ſpiritus eſt totus in toto, nam neque in eſt loco qui locatum uſq; quaq; ambit & præciſe continet ut vinum in poculo: nec propter ſpatio in eſt ut lux quæ per partes ſpatium occupat, integra legio diabolorum dæmoniacum in evangelio poſſedit. Spiritus poteſt dici. IBI eſſe in ſuo lucis tabernaculo et illic totus ſpiritus eſt in omni lucis puncto (quæ ſententia ab uſitato intelligendi modo plurimum recedit) ſive dilatetur, ſive contrahatur.

Quod clare patet in vi chordam muſicam movente quæ tota vis toti chordæ ineſt per omnes ejus particulas, figura ſoni particularis, ſeu vocis humanæ in qualibet aeris circumfuſi particula reperitur, teſtibus omnium auribus quæ illic adſunt, quarum ſingulas vox articulata tota intrat. Eodem modo ut in tractatu lucis prius oſtenſum, omnia puncta diſtantiæ inter objectum & ſpeculum imagine integra objecti repletur.

Habet etiam *ibi* per quod movetur, & per quod dici poteſt *ibi* fuiſſe in terminis præteritis, *ibi* eſſe in termino præſenti, & *ibi fore* in termino vel terminis futuris. Spiritus non ſolum in uno & eodem ſpatio cum materia penetrando ejus dimenſiones, ſed etiam ibidem cum luce cohabitat, & plurimi ſpiritus in uno & eodem ſpatio ſimul ineſſe poſſunt, quamvis materiales dimenſiones penetrent, non tamen mutuas eſſentias penetrant.

D. Quantum ad præsentiam spiritus, præsentia virtutis aut potestatis ad longinqua se extendit. Nonne extra omnem controversiæ aleam syderea in cœlis manentia in terras operantur? Syderis corpus vel flamma cœlo inest, at virtus ejus terræ in gremio invenitur. Magnetismi lucis signatæ huc spectant. Est etiam rumor quidam de muneribus amantium quæ per multa intervalla conditionem amasiæ coloris constantia si recte se gesserit, aut coloris mutatione si aliter res habeat, mirifice produnt.

E. In extaticis hoc etiam patet: Paulus raptus fuit in cœlum tertium. Certe ejus anima pro illo tempore libertate donata fuit, à compedibus corporeis soluta, & cœlum illi apertum fuit, licet tunc temporis non fuerit à corpore soluta; quamvis ille quoad sensum suum nesciverit utrum à corpore soluta fuerit nec ne. Quandoq; Deus imprimit scenas rerum præsentium prophetis ut Ezekieli cum corpus ejus ad ripam fluminis Chaldaici Chebar adesset; anima tamen tunc videbat facinora quæ Hierosolymis perpetrarentur, aut rerum futurarum apparentias ut Micajæ de exitu belli Syriaci ubi Ahab dejectus fuit: cum Cœli penetralia referat ut Ezechieli capite primo prophetiarum, ubi sacram Dei Majestatem per similitudines contemplatur. Hæc tamen fieri possunt sine operatione distatica.

In fagis etiam quæ à spiritu maligno mancipantur videre est sæpe numero extalin, cum earum spiritus sub fugo satanæ velut equus lup capistro cogitur & ad nefaria rapitur: earum spectra

ctra tunc, ut patuit ex earum confessionibus, & ex illorum attestationibus qui damnò ab illis affecti sunt, in alienis visa ædibus cum truculentias inferno dignas exercerent.

Quandoq; nocti vagarum felium instar magno numero cubiculum undequaq; clausam nitrare, & postea ictu oculi disparuisse. In extasi corpus in uno loco, & anima per sphæram virtutis alibi vel in alio ubi, tunc corpus extatici nec calorem, nec frigus, nec ullum contactum sentit.

F. Quarto Spiritus creatus ex se est immortalis, sed non sempiternus. Et hic Deo annuente animæ rationalis immortalitas parebit. Animæ etiam inferiores non pereunt: quia earum lux est signata, ergo inseparabilis a spiritu; attamen Deus & illas & rationales destruere, & annihilare potest.

Sed quia ratio gestorum à brutis non est exigenda, & quia animarum brutalium fines & usus extra corpora à nobis ignorantur, de iis religiose silendum.

Anima rationalis est simplex substantia quia est immaterialis ut supra ostensum adeoque neq; discerpi in partes, neq; in elementa dissolvi potest. Corpus autem in primas materias signatas resolvitur, vel potius in aquam solvitur tandem, quæ in multas guttas separatas abit.

G. Secundo anima est agens, non patiens nec à materia, nec à luce cogi potest; nedum corrumpi. Nulli creaturarum subjicitur quicquid corrumpitur syderum influxui subditur; anima vero huic non est obnoxia; libidine anima in lampade vitali fu-

furente, ex ſyderum aſpectu flammam illam accendente, anima tamen ſecundum rationem intelligit ſe non recte amare, & anima ſanctificata libidinem compeſcit, & conculcat. Hinc ſapiens dominabitur dominabitur aſtris: quamvis multa adverſa hominibus ex aſtrorum influxu exiſtentur, via tamen illa homini terenda eſt humiliter, patienter, ſobrie, in qualibet vitæ ſorte licet pie & ſancte vivere, ex proſpera, aut adverſa hujus ſeculi ſorte nec odium nec amor Dei dignoſcitur inquit Solomon, anima corporis ergaſtulo impedita propter lampadem vitalem male diſpoſitam ex alimenti impuritatibus, & magnis calamitatibus & adverſis ſyderum aſpectibus, memoria quandoque ſit labilis, imaginatio mœſta & delira, & affectus malefariati conſurgunt. Lampas conſtricta mœrorem, dilatata gaudium parit; anima has enormitates abſtrahendo; non pstiendo percipit.

H. Tertio anima eſt immunis à mortalitatis modis; ergo ipſa eſt immortalis. Nec cibum terrenum, nec venena, nec enſes, nec onera, nec ſomnum, nec tempus, nec ſpatium, nec diſtantias curat. Si quis enim miretur unde memoria quæ unius puncti ſpatio contineri poteſt, tot rerum & verborum numeroſas effigies in ſe continear, recolat ille ea quæ de lucis penetratione prius dicta ſunt, ubi imago totius jugeri auguſta rimula contineri poteſt; ſicut etiam ſuper animam totam in omni puncto ſuæ lucis ineſſe.

Quarto à vitali facultate: nam anima eſt ipſa

sa vita, & quantum vita, tantum etiam anima distat à morte.

Ut calor nunquam potest fieri frigidus, ita vita nunquam potest esse mortua.

Corpus anima præsente videt, audit, olfacit, gustat, movetur, loquitur, estq; speciosa fabrica; animâ vero recedente fit theatrum horridæ corruptionis, & moles insensata.

Quinto à somniis: corpore enim dormiente & semimortuo vigilat anima; quia nihil commune habet cum morte; somnus autem est frater mortis.

I. Sexto quamvis una substantia ab alia separetur; nulla tamen substantia annihilatur, est penes eum solum annihilare, Cujus est creare. Hoc opus est solius *Dei*. Anima est substantia. Formæ etiam brutales & vegetabiles cum à corpore separantur non sunt prorsus nihil, ergo sunt aliquid (*n*) luces signatæ, & lux ipsa quæ lux non interit. Cumq; hæ formæ magis efficaces sint quam materia, eo nobiliores sunt substantiæ: at multo nobilior est anima rationalis; ergo & illa immortalis erit.

K. Septimo anima sine organis corporeis in ipso corpore intelligit, vult, & quandoque sentit ut postea patebit; multo magis extra corpus cum libera erit, a compedibus corporeis intelliget, volet, & percipiet, ergo & existet.

L. Octavo ab apprehensione & intellectione æternalium ipsa immortalis est: sunt enim nihil ratiocinationem intelligit, quod non est rati-

rationale, ita nihil immortalitatem apprehendit quod non est immortale. Si objeceris Deum ab anima apprehendi; attamen animam non esse Deum. Respondetur Deum aliqualiter ab anima sed non perfectus & in omni sua essentia intelligi. Anima licet non sit Deus est tamen Divina: secundum imaginem Dei creata est, quare nulla gens tam barbara quin Deum agnoscat, & communi omnium gentium ratiocinatione, & aliquis supernaturalibus edocta, quare Deus hominem immortalitatis consortem jussit intellectum supra mortalitatis orbes ad res Divinas erigere.

M. Nono a desiderio immortalium. Exul amat patriam, David, Daniel & captivi Judæi Judæam. Simile suo simili gaudet terrestria terrestribus, Cœlestia cœlestibus gaudent: anima rebus sibi cognatis & necessariis gaudet (*n*) claritate intellectus, libertate & rectitudine voluntatis (*n*) sanctitate, serenitate conscientiæ, & immortalitate beata quæ cœli incola est.

N. Decimo a societate immortalium, testibus somniis eorum qui non fuere prophetæ quales Pharao, & Nebuchadnezar & multi alii quorum somnia à Deo impressa sunt. Illuminatio prophetarum, dona linguarum, & thaumaturgica dona abunde testantur. Præsentia Spiritus Sancti in fidelibus fidem, spem, charitatem illis infundens, quæ homini carnali sunt ænigmata, clare percipitur, & in illis inhabitat. Boni & mali angeli circa homines versantur, & sæpe cum iis familiariter se gesserunt; quia similitudo essentiæ inter eos intercedit

cedit. Homo non lapidibus aut plantis loquitur, aut focium se audit; sunt enim gentes dissimiles.

O. Decimo primo anima est immediatum Dei Æterni opus: ergo ipsa est immortalis. Opera creaturarum mechanica ut figuræ sculptiles, et magnificæ domus sunt ortui et interitui obnoxiæ: corpus hominis ex terra factum est mediatum Dei opus et interit; at si absq; peccato fuisset, immortale fuisset, et in die novissimo renovabitur, et ad Gloriam resurget. Anima rationalis est solius Dei opus: quia angelus, et mundi anima nihil supra intellectum tenent, at nihil potest se creare, Intelligentia intelligentiam creare nequit; ergo anima est Solius Dei opus ad Illius imagiaem creata.

Spiritus creatus immortalis, non tamen sempiternus, ante creationem sui nullus erat: sempiternum vero caret et principio et fine durationis; angeli non carent principio, quia creati sunt. Præterea omne sempiternum est infinitum; at infinitum est unicum; at angeli sunt plures: ergo angeli et alii spiritus creati non sunt sempiterni licet sint immortales. Solus Deus est Sempiternus.

P. Pauca de hominis celsitudine, qui anima rationali et immortali felix est, differamus.

Ad Dei Infiniti Unitrini Gloriam hic mundus spectabilis creatus fuit primario; ad usum hominis secundum imaginem Dei, et omnium creaturarum visibilium juxta ac invisibilium secundario conditus fuit. Homo microcosmos

di-

dicitur, utriusq; mundi visibilis et invisibilis breviarium. Sedes hominis incorporati est: terra, quæ in medio planetarum sita, eli, loco sane dignissimo, ubi hominum regia penderetur, creaturis numerosissimis tum terrestribus tum aquaticis, quibus universa homo dominatur referta. Et sicut in vasto oceani gurgite plurimæ et diversissimæ animalium species innatant quamvis in illis omnibus homo non inveniatur: ita in aliis planetis utcunque diversimodæ animalium myriades innascantur; homo tamen mundi dominus in illis non est reperibilis. Homo corpore tenus per aquas & terras libere (si quæ posterorum solertia artem, volandi perniciosam sane et inutilem excogitaverit,) per aera etiam meteorieum vagabitur: animo vero nobiliori sui parte, imo potius toto genuino homine totum mundum invisit; non solum visibilem sed etiam invisibilem, solus homo creaturarum hoc corporatarum, & visibilium hoc potest. Deum etiam immensum cognoscit, et adorat. Quamvis autem corpore suo ad sydus Jovis non pertingat; mente tamen ejus ambitum & magnitudinem intuetur, ejusque distantiam à marte, sole, & reliquis planetis metitur, & omnium planetarum influxus naturas, latitudines, ortus, occasus, culminationes, motus diurnos & proprios, aspectus, sextuplicem magnitudinem fixarum earumque declinationes, distantias, situs, domicilia, motus asterismos, & significata, ut et cometarum etiam portenta intelligit. Totus ergo mundus huic tanquam

do-

domino secundario inservit. Non opus erit ergo arte volandi ad sydera instar eorum qui jovem superis detrudere regnis aggressi sunt, satis est animæ, quæ sola est homo, supera regna peragrare.

Q. Quinto Spiritus est indivisibilis, & indiscerpibilis, & quia quantitatis determinatæ legibus non astringitur & quia aliis substantiis superior & potentior est, & si lux discerpi nequit, multo minus spiritus discerpitur. Estque totus in toto, ergo non potest membratim divelli; nam ubicunque est totis ibi est.

R. Sexto Spiritus se movet, & in instanti movens nulla distantia retardatur; sed in instanti tam facile remota, quam propinqua attingit.

Oculus flumen limpidum aspiciens, eodem fere instanti fluminis superficiem, & alvei fundum contuetur; sique lux exiguo temporis puncto per vastam orientis et occidentis interca pedinem effluat, non minus spiritus qui lucem dirigit eodem temporis minutulo se exerit.

S. Septimo spiritus nulla tempora dinumerat, quia quantitatis legibus non subditus est. Qui somno noctem consumserit, & in somnio se multa loca peragrasse putat, à somno experrectus unico instante noctem longiorem non esse ad sensum suum autumat. Anima onere corporis languida tædiosas temporum particulas & vicissitudines sentit ac notat; at placidam cum carpunt membra quietem paululum laxata nec horas, nec earum quadrantes agnoscit. Mille anni apud su-

perio

peros sunt instar unius Diei, & una nox apud inferos est instar mille annorum: quia infernales, spiritus sunt damnati, constricti, incarcerati, & nullatenus liberi. Spiritus movet quia vivit, & vivit cum se & alia movet: corpus vivit quamdiu à spiritu movetur, dirigitur, & informatur.

T. Octavo si lux eodem instanti mille rerum apparentiam abstrahit lux inquam pura & emersa, certè pari facilitate Spiritus à corpore liber mille apparentias spirituales uno & eodem instanti pariet, id est, mille conceptus simul formabit. Spiritus tamen incorporatus uno & eodem instanti circa unicum externum objectum occupatur; unum enim post aliud cogitat, multa simul non meditatur uno cogitandi actu: quidam possunt, & scribere, & dictare eodem tempore; at non eodem instanti, tam cito oculus uno aspectu sursum Zenith, & deorsum Nadir contuebitur; quam duas res diversas unico simplici mentis actu cogitabit ea profecto profunda cogitatio sensus ab externis objectis avertit, ita ut meditabundus nec videat ea quæ ob oculos sunt, nec audiat prope aures loquentem. Eaq; de causa corpora extaticorum sint quasi mortua, ut nulla exteriora objecta sentiant.

Quamvis se sæpe numero importunæ & alienæ cogitationes cum Deo supplicamus animis nostris ingerant una cum conceptibus precantibus & utrasq; tamen uno & eodem cogitandi actu non imaginamur, sed inter se contextas unam post aliam admittimus; siq; fuerint intensæ alteras

ob-

obliterant, mentemq; sola occupant. Sic inter scribendum cum obstrepera cogitata animum aliis conceptibus describendis intentum interpellant, ea adventitia sæpe pro aliis quæ intendebamus in arte ente describimus.

CAP. IV.

A. Actio spiritus in lucem & materiam est triplex, vivificæ, percipit aut abstrahit, & imprimit: imprimit etiam in alium spiritum ejusdem ordinis & gradus, ut cum animæ sua cogitata imprimit.

Vivificare est spiritus incorporati proprie in minerabilibus vegetabilibus animalibus cum lampas vitæ accenditur.

Imprimit cum modulum quendam luci & materiæ introducit.

Abstrahit cum speciem aliquam moduli ex objecto sive externo sive interno in suam lucem introducit.

Quoad impressionem Spiritus notionalis partheticæ, & totius compositi essentialis suæ luci materiæq; (v) humoribus, sanguini, nervis, carni, lemini, vasis & ossibus imprimit & plurima etiam exterioris materiæ luci imprimit. Omnifarios etiam spiritus promodulis suis imprimit.

B. Spiritus cogitata suæ luci, & lux illa materiæ inscribit si lampas vitæ à nebulosis exhalationibus libera sit, ut promptius animæ dictis audiat, sicq; assuescendi habitus oriatur, unde exquisiti

peros sunt instar unius Diei, & una nox apud inferos est instar mille annorum: quia infernales, spiritus sunt damnati, constricti, incarcerati, & nullatenus liberi. Spiritus movet quia vivit, & vivit cum se & alia movet: corpus vivit quamdiu à spiritu movetur, dirigitur, & informatur.

T. Octavo si lux eodem instanti mille rerum apparentias abstrahit lux inquam pura & emersa, certè pari facilitate Spiritus à corpore liber mille apparentias spirituales uno & eodem instanti pariet, id est, mille conceptus simul formabit. Spiritus tamen incorporatus uno & eodem instanti circa unicum externum objectum occupatur; unum enim post aliud cogitat, multa simul non meditatur uno cogitandi actu: quidam possunt, & scribere, & dictare eodem tempore; at non eodem instanti, tam cito oculus uno aspectu sursum Zenith, & deorsum Nadir contuebitur; quam duas res diversas unico simplici mentis actu cogitabit ea profecto profunda cogitatio sensus ab externis objectis avertit, ita ut meditabundus nec videat ea quæ ob oculos sunt, nec audiat prope aures loquentem. Eaq; de causa corpora extaticorum sint quasi mortua, ut nulla exteriora objecta sentiant.

Quamvis se sæpe numero importunæ & alienæ cogitationes cum Deo supplicamus animis nostris ingerant una cum conceptibus precantibus: utrasq; tamen uno & eodem cogitandi actu non imaginamur, sed inter se contextas unam post aliam admittimus; siq; fuerint intensæ alteras ob-

obliterant; mentemq; sola occupant. Sic inter scribendum cum obstrepera cogitata animum aliis conceptibus describendis intentum interpellant, ea adventitia sæpe pro aliis quæ intendebamus in arte nte describimus.

CAP. IV.

A. ACtio spiritus in lucem & materiam est triplex, vivificæ, percipit aut abstrahit, & imprimit: imprimit etiam in alium spiritum ejusdem ordinis & gradus, ut cum animæ sua cogitata imprimit.

Vivificare est spiritus incorporati propriè in mineralibus vegetabilibus animalibus cum lampas vitæ accenditur.

Imprimit cum modulum quendam luci & materiæ introducit.

Abstrahit cum speciem aliquam moduli ex objecto sive externo sive interno in suam lucem introducit.

Quoad impressionem spiritus notionalis partheticæ, & totius compositi essentialis suæ luci materiæq; (v) humoribus, sanguini, nervis, carni, semini, vasis & ossibus imprimit & plurima etiam exterioris materiæ luci imprimit. Omnifarius etiam spiritus promodulis ipsis imprimit.

B. Spiritus cogitata suæ luci, & lux illa materiæ inscribit si lampas vitæ à nebulosis exhalationibus libera sit, ut promptius animæ dictis audiat, sic; assuetudine habitus oriatur. unde exquisiti

quisiti histriones pro arbitrio flere, erubescere, crepitare, mulcorum animalium voces imitari norunt.

Anima rationalis etiam sigilla pathetica insculpit pallido timore, rubicundo pudore mœrore dejecto hilaritate erecta, minaci ira, placidâ benevolentiâ, prout animus ab his affectibus exigatur, graphice faciem et vultum depingit.

Vehemens ira quondam remedio fuit spasmo Titi imperatoris. Ira quoq; superlativa Claudio secundo imperatori dum voces indignabundas magno animi ardore extenderet exitio fuit. Timor pallorem et ventris fluxum induxit si magnus et subitaneus fuerit: cruciamenta etiam non raro animæ deliquium, dementiam et forte mortem adduxerunt. Quicquid prægnanti metum incusserit aut magnum desiderium, idem charactere stigmatico embryoni imprimitur. Rosa vel flos alius in gravidam ex improviso conjectus rosæ effigiem in embryone post se relinquit. Memorabile est illud cujusdam Henderioni Scoti, qui lunula matris imaginatione insignitus fuerit quæ lunula pleniluniom, et cornua lunæ ad vices lunæ æthereæ imitabatur. Ejus mater à lunæ radius cubiculum subito illustrantibus perterrita fuit, cum illum utero suo gestabat. Hoc in villa Rothimay contigit non procul Abredonia: & is meo tempore vivebat. Mirabile est etiam illud Gallarelli cujus lorior piscis effigie notatus fuit, & cum piscibus vesceretur in eâ corporis parte dolore affectat fuit.

Hujus mater cum gravida pisces vehementer appe-

appeteret, & ut videtur non satis commode, aut cito haberi poterant.

Cum mulier uterum ferens re desiderata frui nequeat aut abortum facit, aut embryonem stigmatisat.

Hoc obiter inter affectus notandum, iram aut seriam repentinam cogitationem singultui mederi. Maculas etiam fœtui in utero ab anima sensitiva brutorum imprimi, teste artificio Jacobi Patriarchæ, cum oves maculosos agnos, conspectu virgarum diversicolorum pepererunt.

C. Nihil timore execrabilius cum epidemia grassatur; à metu pestis suboritur; sique formido tempestive amoveatur, homo pro illo tempore salvus erit: mos est poculis ingurgitari, ut formido suffocetur. Nihil est formarum in toto orbe quod non ab anima prægnantis imprimi possit.

Sunt quædam veræ formæ quales animales, & plantales, sunt quædam nothæ formæ, velut imagines veratum quæ possunt à prægnante imprimi, ut forma rosæ, pulcis, vitis, lunæ, &c. Digbii consobrina (ut ipse in pulvere sympathetico retulit) gravida cujus pulchra facies ad majorem formam artificiosis maculis distincta fuit, quam Digbius comiter dehortans à tali vanitate superaddidit, quid si hæ labeculæ convocentur in unam nebulam in prole tuâ? Mulierculæ his dictis exterrita filiolam perperit nigra frontis macula signatam. Sane hic nævus non ex particulis externorum objectorum crevit cerebrum in trantinas, & inde ad partem corporis subiectam,

ut ille propugnabat, sed ex ingenti formidine ortus est.

Spectrum quodlibet ex coloribus tantum apparentibus, non autem realibus, ut iris formidine subita gravidam afficiens embryonem suis coloribus notaret; at iris extra se nunquam particulas coloratas emittit.

Quia set ille coloribus iridis depictus extra locum nihilum est diaphanus & omnes illos colores amittit; ergo embryo imaginatione matris colorareture, non particulis ex spectro aereo egredientibus. Quædam prægnantes has notas embryoni inurunt ex solo auditu, qualis illa fuit cujus filius ad fontium Phormyngos mictiricbat, illa enim ex ejusmodi repentino sono præ formidine, ut videtur, mejere coacta est. Quædam puerpera desiderio cibi quem nancisci non potuit fœtum suum maculat: ibi certe nullum externum objectum adest cujus particulæ cor aut cerebrum intrent. Quid dicendum de historia Helmontii, quandam gravidam, spectaculo tragico cujusdam supplicio affecti peperisse infantem cujus caput a corpore divulsum fuit. Cujusmodi fuere istæ particulæ? Seu obiter quidem sermo fit de puerperis, notatu dignum, mulierem mihi familiarem, cum inter parturiendum magno pulluloram desiderio affecta fuisset, & antequam allata fuit, infantem peperit, quæ omnium cibum gustare recusat, donec pulluli prius gustasset, postea vero lactari non renuit.

De Spiritus animalibus figuras corporeas in pro-

prole ita variat imprimendo. Experimentum Baptistæ Portæ in bipedalibus canibus hoc spectat. Si duo posteriores pedes caniculæ amputentur, & hujus catelli quos postea pariet eodem modo mutilentur & horum catellorum catelli ad eandem normam redigantur tandem continua imaginationis vi catelli bipedales enascerentur. Sed notandum hunc authorem in libris suis magiæ naturalis de brutis obscæna, & barathro infernali digna edisserere & excogitare.

E. Notum est etiam podagricos & calculosos suos morbos semini imprimere, eorumque posteris magno suo incommodo morbos complures hæreditarios seminis luci interiori profunde inscribi: & sicut semen tritæ mandatum temporis diuturnitate succrescit; ita hoc semen morbificum annorum maturitate in corporibus filiorum se exerit, & a generatione in generationem aliquoties derivatur. In semine etiam, mores, studia, vultus avorum inter nepotes sæpe renovantur.

Spiritus plantæ vel animalis semini suo idæam suæ speciei corpoream indit: & sine interior planta, vel plantæ idolum lampadis vitalis proximo vehiculo inscribitur.

F. Hæc spiritus imaginatio sive parentis seminis impressa ad posteritatem, sive mundi lampadi impressa ab idæis (ut postea patebit,) ad plantarum progeniem, symmetrice membrorum lineamenta, signaturas manuum & frontis format, unde Physiognomiæ, Cheiromantiæ, Metoposcopiæ, Physiognomiæ, & omnium sig-

naturarum scientia corporibus inscriptarum oritur.

G. Membrorum archei ut in lucis tractatu monitum à planetis impressi huc attinent. Veneris character libidinem genitalibus, & spermatis formationem. Character lunæ reflectiones virium planetarum cerebro adfert, ast quasi sensoriorum basis.

H. Infectio epidemica inter impressiones locum habet: influxus superiorum planetarum saturni, Jovis, martis in ignea triplicitate præsertim, Magna conjunctio Jovis & saturni in qualibet triplicitate pestem exitat. Oppositio horum febriler intemperies exitat. Saturnus aut Jupiter conjuncti cum marte in igneo trigono morbos febres exanthemata, variolas producunt, Sed verius Angelus Dei 2 *Sam.* 24. 15, 16. peccatoribus pestem immittit.

I. Oculi amatorii modo vehementer ab anima amantis agitentur amorem amasiæ quandoque imprimunt; sed hoc fit ex amico syderum aspectu cum amantium planetæ se mutuo sextiliter, trine, aut conjuncte aspiciunt in suis dignitatibus, alioqui oculi aspectus parum potest.

Vulgi nugamenta de oculis fascinatoriis qui gregibus, armentis, arboribus, plantis obsunt. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos,* sunt melancholicorum insomnia.

Nihil ex oculis procedit quod non è naribus efflat, ergo fascinator nasus tam periculosus est quam oculus.

Quantum ad amores non solum visus, sed

etiam auditus libidinem excitat.

Et nunquam vise flagrabat amore puellæ:

Mirabile quiddam Anno 1666 & circiter in quodam Grietack Anglo Hiberno accidit, qui solo tactu morbum regium & multas alias infirmitates profligabat, tum in Anglia tum in Hibernia. Hic vir se quodam irresistibili impulsu actum profitebatur.

R. De variis impressionibus lampadis in tractatu lucis supradictum à syderibus, à spiritu proprio formali, à spiritu parentum à mineralibus, à vegetabilibus, ab animalibus præsertim venenatis, ut canibus rabidis, serpentibus, morbidis, à validis imaginationibus propriæ, animæ: inter alias ebriorum imaginatio est notabilis, qui gemmas, cum una tantum adest, consurgere mensâ lucernas putant.

Hæc est impressio in cerebrum, ut et illa, cum præstigiator quidem. Scaligero narrante, puerum se ab aquis absorptum iri, & profundos gurgites sibi imminere biduo imaginari coegit.

L. Omnifarius etiam spiritus imprimit. Mineralis, ut gemmarum radii multum valere dicuntur; ut rubini ad calorem vividum, monile corallinum, aut armilla eburnea ad melancholiam sedandam. Jaspidis ad sanguinis & menstruorum profluvia cohibenda, lapidis Nephritici ad dolores Nephriticos reprimendos. Turcheſiæ ad sanitatem conservandam. Sæpphiri contra pestem. Æetitis ad dolores partus mitigandos. Amethisti ad vapores inebriantes dissipandos, Opali ad visus claritatem, &c.

Hic

naturarum scientis corporibus inscriptarum oritur.

G. Membrorum archei ut in locis tractatu monitum à planetis impressi huc attinent. Veneris character libidinem genitalibus, & spermatis formationem. Character lunæ reflectiones virium planetarum cerebro adfert, ac quasi sensoriorum basis.

H. Infectio epidemica inter impressiones locum habet: influxui superiorum planetarum saturni, Jovis, martis in igneo triplicitate præsertim. Magna conjunctio Jovis & saturni in qualibet triplicitate pestem excitat. Oppositio horum febriler intemperies excitat. Saturnus aut Jupiter conjuncti cum marte in igneo trigono morbos febres exanthemata, variolas producunt, Sed verius Angelus Dei 2 *Sam.* 24, 15, 16, peccatoribus pestem immittit.

I. Oculi amatorii modo vehementer ab anima amantis agitentur amorem amasiæ quandoque imprimunt; sed hoc fit ex amico lydorum aspectu cum amantium planetæ se mutuo sextiliter, trine, aut conjuncte aspiciunt in suis dignitatibus, alioqui oculi aspectus parum potest.

Vulgi nugamenta de oculis fascinatoriis qui gregibus, armentis, arboribus plantis obsunt. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.* sunt melancholicorum insomnia.

Nihil ex oculis procedit quod non è naribus exiliat, ergo fascinator nasus tam periculosus est quam oculus.

Quantum ad amores non solum visus, sed

etiam auditus libidinem excitat.

Et nunquam vise flagrabat amore puellæ:

Mirabile quiddam Anno 1666 & circiter in quodam Grietack Anglo Hiberno accidit, qui solo tactu morbum régium & multas alias infirmitates profligabat, tum in Anglia tum in Hibernia. Hic vir se quodam irresistibili impulsu actum profitebatur.

K. De variis impressionibus lampadis in tractatu lucis supradictum à syderibus, à spiritu proprio formali, à spiritu parentum à mineralibus, à vegetabilibus, ab animalibus præsertim venenatis, ut canibus rabidis, serpentibus, morbidis, à validis imaginationibus propriæ animæ: inter alias ebriorum imaginatio est notabilis, qui gemmas, cum una tantum adest, conjungere mensa lucernas putant.

Hæc est impressio in cerebrum, ut et illa, cum præstigiator quidam. Scaligero narrante, puerum se ab aquis absorptum iri, & profundos gurgites sibi imminere biduo imaginari coegit.

L. Omnifarius eodem spiritus imprimit. Minerales, ut gemmarum radii multum valere dicuntur; ut rubini ad calorem vividum, monile corallinum, aut armilla eburnea ad melancholiam sedandam. Jaspidis ad sanguinis & menstruorum profluvia cohibenda, lapidis Nephritici ad dolores Nephriticos reprimendos. Turchesiæ ad sanitatem conservandam. Sæphiri contra pestem. Æetitis ad dolores partus mitigandos. Amethisti ad vapores inebriantes dissipandos, Opali ad visus claritatem, &c.

Hic

Hic reminiscendum est, quod supra in lampadis tractatu dictum, Mineralia non tam procul operari quam vegetabilia, & animaliæ, nisi his commisceantur, aut aliquo modo relaxentur.

Spiritus vegetabilium ad impressiones pollet, in viribus herbarum tot sæculorum testimoniis confirmatis. Quædam plantæ signatæ pro amuletis gemmas superantibus circumgestantur.

Animalia ut canis rabiosus rabiem morsu imprimit vel homini vel bruto; si gravida ab eo mordeatur, aiunt fætum uteri prodigiosa metamorphosi in canem verti. Brutorum & avium partes impressæ imprimunt, exempli gratia, pennæ aquilinæ aliarum avium plumas urere & corrumpere perhibentur; fides ex fibris lupinis sua præsentia fides ex fibris ovium impedire, cum à sidicine simul pulsantur, & tandem rumpere dicuntur: luporum ferocia & ovium timiditas post funera vivunt.

Insecta etiam suas impressionibus hactenus dicta. Hoc etiam addo: motum unius tarantulæ à motibus alterius differre. Siquis ergo à duabus tarantulis simul saucietur, insanabilis fit; nam diversos duorum tripudiorum motus illis duabus tarantulis congruos absolvere non potest simul et semel.

De hominum impressionibus hactenus dictum si addidero Melancholicos tristitiam, & tecturnitatem, cholericos iracundiam, sanguineos hilaritatem, insanos dementiam, & enthusiastas furorem quendam influere. Reges quidam strumis mederi putantur attactu solo, alii amuletum

addunt

addunt aureum. Minimus etiam natu septem ordine fratrum sine sororis interventu amuleto nummi argentei circa cervicem aptato, attactu manus etiam addito strumosis mederi fertur.

Spiritus Sanctus hominum mentes etiam illustrat, ad futurorum prædictiones, ad linguas exoticas quaslibet intelligendas, ut unus ex plebe infima omnium nisi sermonis patrii rudis, absq; scholarum ope poterit in qualibet exotica lingua diserte disserere. Angeli quamvis homines dæmoniacos prædicere futura, et externarum gentium linguas eloqui ore tenus cogant; isti homines tamen nihil quid loquantur intelligunt, & licet eorum linguæ digitis hominum præhensæ teneantur, ut loqui nequeant, soni tamen à malignis spiritibus ex oribus eorum profertur.

Angeli etiam possunt impressionibus suis permissu Dei Omnipotentis tempestates & procellas excitare. Homines vero impressionibus suis affectus aliorum, excitare & imbecilliorum animos ad assentiendum, aut dissentiendum quodammodo invitare; sed nihil ultra possunt. Quicunq; solo attactu suo morbos mortalium graves abigit; is certe supernaturaliter adjutus est.

P, Mundi anima lampadem vitalem signat, & cœlo conformem reddit (ut supra in tractatu lampadis) in mineralibus, & in insectis, ut vermibus subterraneis, limacibus & aliis quæ prolem univocam non gignunt.

Quædam enim formæ sunt dependentes ab aliis,

liis, ut formæ pediculorum ab archeo sanguinis: inter pediculos ex sanguine ortos, & sanguinem illum ex quo orti sunt, est contradictio & quædam sympatheia; nam pediculi in ignem injecti sanguinem corrumpunt & pediculosum reddunt; ex cadavere autem exangui nulli pediculi sed vermes sepulchrales oriuntur. His formæ subordinatæ pereunt, pediculorum enim forma est nisi character sanguini impressus & delebilis: Mundi etiam insecta formas caducas habent, ut & animalium insecta ut pediculi, pulices, reduviones: quædam etiam orta ex vita media ut accari & vermes ex caseo, tinea ex panno, vermes pediculi, pulices non patiunt fœtum univocum; pulex edit lendes, at non pulices. Apes tamen, serpentes, & mures non sunt vere dicta insecta, quia pro'em gignunt vnivocam, idest suæ speciei; apes enim apes proferunt.

Ergo ex præmissis, colores, figura, mores, vultus, affectus, impulsus, morbi, prophetiæ studia, linguæ, dona miraculorum, vitia, virtutes imprimuntur.

Sed in his imaginatio exaltata multum valet, quocunque magno mentis affectu, etiam intenso dolore exitata, quia tunc ad Divinas visiones & magnas illuminationes parata est.

Italus quidam diro vulnere cruciatus ad patientiam ab amicis cohortatus, Dei manum præstolatus tandem magna consolatione perfunditur & mira eloquitur, omnia secreta illi patent eventura illi genti proprie, & suum sanationis diem prævidit, ipsoque die ferrum ex vulnere exidit, &

vulnus

vulgus famatum est.

Blasphemus etiam tremulismus in Anglia tempore meo coortus est, Jove scilicet in aquario in oppositione saturni in leone.

Obiter hoc moneo: quicunq; suæ nativitatis ignarus fuerit ascendentem tuum scitari licet, ex observatione aspectuum quibus ipse fere semper tangitur.

R. Ergo verbi gratia ad remedium morbi & alias impressiones, hæc esto methodus, facies cœli, cum aspectibus planetarum observentur (ut in collectione herbæ medicæ) planeta significator herbæ bene locetur, & luna fortificetur, planeta morbi significator sit debilis. Gemmæ, plantæ, & animalia signata eligentur quæ huic morbo remedio sunt, tempestas etiam in qua vis ista maxime floret, in animalibus juventus ad fervorem, venerem robur, hilaritatem, vigorem ingenii. Senectus ad melancholiam, &c. Consideretur etiam ami tempestas, quæ ad flores, quæ ad fructus & semina. Consideretur etiam humor corporis, sedes actionis propriæ, ut cerebrum somni sedes: unde agni cerebrum aceto conditum cum significator signis humidis inest, somnum conciliat.

Characteres plantarum & animalium, corporibus eorum à putredine conservatis, vitæ eorum mediæ inest.

Neq; parvi faciendæ his artibus perficiuntur, sed caute cavendum ne dæmonis operatio pro naturali ostenderetur: quisquis furore correptus more Phœbadis futura blateret, hoc atræbili ascribe-

re,

re, ut quidam. Sibillarum prophetias audent, ineptissimum est. Quam multi enim ad furorem usq; melancholici fuere, qui nihil tale unquam potuerunt, multo minus diversa linguarum idiomata sonare.

S. Validius imprimit in debilius: quare qui magna fide, & fiducia in Deum suffulciuntur, nullas impressiones metuunt: quia sub alis Omnipotentis absconduntur.

Mundi animam imprimere vel hoc experimento docemur, ignitur magnes ut vim attractivam & repulsivam, & mundi cardinum monstrativam amittat, & cum probe ignitus fuerit extollatur sub dio in patulo aere, tunc latus ejus boreale tactu suo boream monstrabit, & australem acus à se tactæ partem repellet, omnesq; vires cœlitus magneti de novo infunduntur. Neq; absonum erit eandem mundi animam characteres reliquis mineralibus imprimere: & quatenus lux interior materiæ quam signat, est suis characteribus aut modis ornata, eatenus eam varie imprimit. Ut lux à diversimodis speculis differenter recipitur, aliter, à concavo parabolico, aliter à convexo sphærico, aliter à pyramidali ordinato, aliter à prismate pentahedro tralucido quamvis sit eadem lux, reflectitur: ita ad varios modos lampadum, & lucis interioris signatæ diversimode se habet, atque ipsa insectorum luces animat, unde moventur, & quibusdam sensibus prædita sunt. Corpora sana hominum, & animalium influxibus suorum spirituum formalium obtemperant; cum tamen morbis arteruntur motibus syderum auscul-

colitant, unde podagrici & valetudinarii tempestatum vicissitudines præsentiunt, & suo magno dolore prædicunt. Hinc humor corruptus ægri corporis animæ mundanæ potius quam propriæ auscultat. Laborantium phthyriasi sanguis ab anima mundi animatur, et in examina pediculorum mutatur; quamvis hi pediculi consensum cum sanguine ægri etiamnum retineant. Hinc fit insectorum progenies univocas nullas dari, quia nullam propriam animam habent sicut vegetabilia, et perfecta animalia.

CAP. V.

Perceptio & Abstractio.

Spiritus percipit aut species et rerum imagines ab objectis abstrahendo, aut aliorum impressiones recipiendo, lux ut in proprio tractatu tradetur, colores, magnitudines, figuras, motus, situs, distantias, visibiles rerum modos, et abstrahit.

Apparentiæ colorum quas lux abstrahit sunt veri colores, & omnia colorum media obeunt, & à speculo in speculum reflectuntur, & abstractiones aliorum modorum sensibilium, ut sapores, dolores, levamina à spiritu, sunt veri modi & sensuum objecta.

Anima non solum apparentias visibiles, sed etiam sonos, sapores, odores: colores quos oculis vigilantibus lux introducit in sensum communem, secundum quietem sensoriis sopitis eosdem somniando recognoscit. Alios etiam

etiam omnes modos corporeos ut mollitiem &c. Et modos per ſonum patulos dignoſcit, laxa ſonantia, à metallis canoris, & lignis obſtreperis diſtinguit. Impreſſiones etiam à tactu corporeo illatas, ut contuſiones, dolores ex verberibus: internos etiam cruciatus ex noxio cibo, veneno, flatu aut ex ſpina morbi pugente abſtrahit.

Impreſſiones etiam quaſcunque lampadem vitæ afficientes, ut pharmacorum vires, motſum canis rabidi, melancholicas & cholericas perturbationes in deliriis. Impreſſiones vini in lampadem ſpiritus abſtrahit tanquam rivos Helicone fluentes: unde non raro cantilenæ perſtrepunt, & eloquium Rhetore dignum prorſus extemporaneum, & fortitudo, dum calix ſufficit, priſtinæ Romanorum virtuti non cedens. Operationes magneticæ in lampadem impreſſæ à ſpiritu abſtrahuntur.

B. Quæritur inter impreſſiones has num motor externus motum objecto imprimat projectili, num homo lapidem projiciens motum lapidi projecto impreſſit. Reſpondetur accidens ex uno ſubjecto in aliud non poſſe migrare, nam accidens ſingulare à ſubjecto cui inest ſolo dependens illud non deſerit, ut in mobile migret. Vis illa portatrix aut elativa miſſilium non eſt infuſio aut impreſſio motus in objectum projectile aut miſſile, ſed eſt efluxus virium ex motore quæ mobile deferunt (emanatio virium enim ex motore datur, ut radiorum ex luce) ut ventus paleas,

Mo-

Motor valide vim motivam exerit priusquam mobile emmittatur; si manus tantum leniter lapidem tangat, lapis iste loco non dimovetur, at si celeriter & longa linea brachium commoveatur, Lapillus à pollice & indice violenter pressus & elisus longe fugit. Motor etiam mediatus, ut nervus arcum tendens, quo longiori & celeriori linea retrahatur eo longius & celerius sagittam propellit; at si lente & breviuscula linea retrahatur, parum & tarde sagitta propellitur. Trochus puerilis multiplici flagelli gyro involutus tandem expulsu pueri flagellum agitantis evolutus aliquoties circumagitur, effluxu motivo tandem cessante trochus cadit. Pondus & duritiei instrumenti ad validum motum faciunt.

C. Abstrahit etiam species intelligibiles quæ in intellectu habitant, & intellectui subserviunt (ut species sensibiles à sensu recipiuntur) ut rerum genera, species differentias, &c. ut patet in Logica.

D. Abstractio specierum sensibilium quæ sensui tamen nunquam merant apud Campanellam.

Homines percipiunt Divinam Præsentiam, aut angelicam non abstrahendo; sed impressam recipiendo; imo Baalami asina præsentiam angeli percepit.

CAP.

CAP. VI.

Vivificatio.

AQuia ſpiritus eſt ſigillum Dei luci impreſſum peculiariter quandam lucis portiunculam nosat, & ab omni aliâ luce diſtinguit, & hæc lux hujus ſigilli mutibus ſecundum Deum primario obtemperat, ſecundario angelorum etiam impreſſionibus recipiendis non admodum difficilis eſt. Cum hoc ſigillum materiæ per lampadem unitur fit forma corporis viventis, & cum forma intoducitur, & materiæ unitur, ſit generatio perfecta. Homo dicitur hominem generare ſynecdochice, quia materiam exterioti forma humana impreſſam, aptam animæ ſedem ſuppeditat.

Eſt ſigillum Dei ut diſtinguatur ab aliis characteribus: ſigillum, Dei enim ſolius eſt Creare; character a mundi anima, aut prægnante ſæcui ſuo impreſſus eſt accidens, qui character à vita embryonis ſignati fovetur ut in exemplis ſuperadictis, at vitâ ſignati extinctâ, ceſſat: ſic Lunula Henderſoni vices variare Prægnans aut pater non animam, quæ eſt ſubſtantia, infundit, nam ſæpe inter parentes & liberos eſt magna animorum contrarietas, quæ nentiquam foret, ſi anima prolis à parentibus effluxiſſet, aut derivata fuiſſet. Imaginationes etiam parentum & prolis ſemper eædem eſſent aut conſonæ, mater cuncta filiæ cogitata cognoſceret, quæ res omni experientiæ refragatur. Licet corpus nati a parentibus derivetur non ſequitur paren-

parentes cunctas actiones corporeas nati percipere : quia corpus ex corpore parentum educitur, & corpus parentum est materia; at non est materiæ scire & cognoscere. Præterea anima est spiritus adeoque non in partes divisibilis.

Luci impressum. Spiritus lampade fugiente à materia etiam aufugit; at spiritus à luce nisi vi ejus cujus impressus fuit separari nequit.

Deus est Causa causarum, omnis materia corporea ex potentia Dei activa procedit. (In Deo non est potentia passiva, siquidem Deus sit purus actus, omnis forma ex Idæa Dei, & Omnis finis à voluntate Dei, in rebus etiam artificialibus forma ex idæa efficientis aut artificis, & ex potentia materiæ educitur : at in rebus naturalibus forma ab Idæa Dei effluens in materiam aptam (qualis est seminalis insculptæ exterioris formæ charactere) introducta.

Lux corporis animati triplex est, animæ, materiæ, & lampadis ; ut supra, Spiritus has luces movet, id est, vivificat, imprimit, & percipit abstrahendo his aliunde impressa.

Forma itidem est triplex (*n*) forma Spiritualis, Dei sigillum, forma vitalis, character *(n)* in ipsa nativitate impressus secundum Zodiaci & totius cœli faciem, et character semini latenter, et materiæ corporeæ patentet impressus *(n)* forma corporis visibilis. Prima est forma imprimens nam particularem hominis figuram lampadi, et per lampadem semini insculpit, et lampadem in omnibus vitæ muniis dirigit.

Secunda est impressa, hæc vitæ scilicet lampas

pas et ſpiritu, et à ſyderibus inſculpta. Tertia quæ eſt ſemini impreſſa, et illic occultata eſt, in corpore expreſſa et manifeſta, et quaſi ex potentia ſeminis ubi delituit, in actum manifeſtum corporeum educitur.

Spiritum enim materiæ & luci imprimere ex ſuperadictis manifeſtum eſt ex miris prægnantium experientiis, atque etiam imaginatione patris decus ſoboli ſpecioſum imprimit. Ergo anima humana & eſſentialiter, & habitualiter humanam formam cogitans eam lampadi, ſemini & corpori imprimit.

C. Materia ſpiritui per lampadem unita corpus vivens appellatur, quod corpus etiam tripliciter modificatur (1.) reſpectu formæ impreſſæ ubi particularis figura & vires formales in materiæ quadam portione includuntur, & ſal denominatur: nam vis ſeminalis vel eſt in proprio organo maturum, ut in vaſis ſeminalibus, vel per totum corpus diffunditur, ramus ſalicis (uti & multarum aliarum arborum) tertæ inſitus ubiq; ullo alio ſemine radices agit, & ſal eſſentiale cujuſlibet plantæ formam impreſſam non ſecus ac ipſum plantæ ſemen retinet, quod chemice extractum pro ſemine in hortis ſeritur 2. reſpectu vitæ calor in ſingulis particulis regnat, ſed in quibuſdam intenſior quam in aliis, atque materia illa ubi intenditur ſulphuris nomine dignoſcitur, quod ſulphur in oleis & ſpiritibus combuſtibilibus ſe exerit, & chemici ex corpore eruere norunt. 3. Quædam & major materiæ pars in pluribus eſt aquea, corpus in aquam à ſe reduci poteſt: aqua quarum-

libet formarum est susceptrix, & si coaguletur est figurarum retentrix, quæ aqua ob versatilem naturam non inappositè mercurius nuncupatur, & à quolibet alchimista per organa destillatoria exugitur. Hæc tria sal, sulphur, & mercurius sunt tria chemicorum celebrata principia.

Anima est spiritus formalis corporis, corpus est instrumentum animæ materiale per particulares suas partes. Distinctum: quæ partes suis particularibus figuris, & sitibus distinctæ sunt particularia animæ instrumenta sive organa. Organum est particulare instrumentum, particulari officio fabricatum ut oculus visui, auris auditui, &c. Nobilior forma nobiliori instrumento gaudet.

Os homini sublime dedit cœlumque tueri
Jussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Observare ejus modos non injucundum est, & primò formam in sale durare post funera in vita media, forma (*n*) seminalis in salibus etiam extractis, & post concreti corruptionem in sale fixo manet. At perpetuitas spiritus formalis inter bonores æternitatis recensenda est; & ejus spectrum amœnitatis plenum visibile. Quot oleæ vineæ, pomœria rosaria, prata, pascua? Quot greges, quot armenta pisces, et volucres à spiritibus glorificatis conspiciuntur, pompæ terrestrium cœlo donatæ propriis motibus sine labore aut fatigatione gaudentes?

E. Forma exterior & corporea potest varie mutari, quot dissimiles facies unus et idem homo induit à cunis ad canos priusquam septem suæ vitæ ætates absolverit? forma illa mutabilis potest exolcari, cum lividum plumbum vi micâ elixeris in su-

rutilum aurum transmutatur: bombyx senescens tandem alas instar papilionis acquirit. Catuli naturâ sua quadrupedes possunt fieri bipedes. Acida aurea mala nonnunquam mitescunt in ipsa arbore, si arte tractentur.

F. Occultatio formæ nonnunquam occurrit in confusis materiarum misturis, cum amarum absynthium sub mellis larva dulcescit; et quamvis haleces ab anseribus marinis comedantur, & digerantur, sapor tamen halecum in ipso anserum sanguine & carne postquam in veribus tosti fuerint ad ignem, invictus residet. Quousque sal fixum prioris concreti in alienam formam transmutati non ejuitur, proprietas ejus delitescit in novæ formæ gremio.

G. Successio etiam formarum in eadem materia est frequens, equi corpus in vespas, vituli in apes, ocymus in serpentes, lana in tineas, mel si seculi commiscearur, in formicas, cadaver humanum in vermes, & hi vermes in pulveres, & hi pulveres in aquas quæ à terra imbibuntur, abeunt. Ejus sal fixum sub omnibus his formarum larvis illibatum durat.

CAP. VII.

Spiritus formalis.

SPiritus formalis est vel vegetabilis, vel sensitivus & rationalis: mineralia autem ut sal, sulphur, argentum vivum, sabulum argilla & multæ aliæ terræ, limus, &c. eorumque progenies ut metalla, gemmæ, saxa, succi concreti, &c. vitas habent, & characteres à luce materiam multis modis variante, & a syderibus lucem imprimentibus, adeoque ab ani-

ma

ma mundi informantur, non autem à propriis ſpiritibus ut in magno opere chemico manifeſtum eſt, plantæ & vegetabilia ſuarum interiorum plantarum ſpectra ocularitèr exhibent; ſed metalla non proprium ſed totius mundi ſpectrum edunt (*n*) montium, ſylvarum & ſyderum.

Spiritus formalis lucem ſuam exereus cum luce ſeminis & nutrimenti congrediens, lampadem ſilentem accendit, perq; hanc lampadem cum materia cohabitat; lampade durante ſpiritus in corpore manet; lampade fugiente ſpiritus materiam reliquit, & corpus diſſolvitur: introductio formæ ergo in corpus eſt generatio, introductio ſpiritus formalis eſt vivificatio, ſeparatio illius ſpiritus eſt mors, & diſſolutio exterioris formæ eſt corruptio.

CAP. VIII.

Generatio.

4. AD generationem exactam hæc requiruntur 1. Semen adſit, oportet characterem illius ſpeciei latenter retinens. 2. Et maſculinum, & fœmininum adſit: pro fœmineno plantarum ſemine ſal terræ in promptu eſt; terra tanquam naturæ uxor ſemen in alvum recipit. 3. Fœmininum, à maſculino fermentetur, & ad modos ejus convertatur: quæ fermentatio eſt vera & genuina miſtio. 4. Hæc fermentatio miti & moderato calore peragatur: nam nimio calore humiditas evaporatur, & ſubtiliora evaneſcunt. 5. Fermentatio fiat in propria matrice, ut plantarum in ſolo uvido; non in petra arida; fœtus in utero ſuæ ſpeciei maturatur,

bos non à cane concipitur. 6. Nutriatur oportet fermentatum; alioqui vitæ lampas ab omni vegetante aufugeret. 7. Sint semen radix et alimentum pura, & sine defectu; nam semen contusum putrescit. Depuratio quæ in alchimistarium formacibus fit, parum ad generationem confert. 8. Matrix undiquaque sepiatur; ne calor internus aufugiat. 9. Calor etiam exterior sine intermissione continuetur: si ovum cui gallina incubat, ante pulli exclusionem refrigescat, inutile redditur. Separatio tamen præclara per caloris & frigoris vicissitudines inventa est.

Subtilior pars per teporem summa liquoris appetens, tandem in loco frigido posita durescit: hæq; vices toties sunt repetendæ quousque aliquid extrahendum remanet. Hic estunus depurandi modus. 10. Maneat corpus fermentatum in matrice ad partum usque. 11. Matrix placide fætum retineat, neque ullo modo irritetur alioqui abortus fit. 12. imaginationes parentum temporariæ considerandæ; nec mundi imaginatio negligenda est. Ex mundi imaginationibus quædam portenta educta sunt.

B. Prima materia Hermetica semen, alimentum, & matricem in se concludit. Quælibet materia in debito menstruo solvenda est. Metallum ita tractandum ut nunquam in pristinum vultum redeat. Plantæ multæ sua semina ovis concluſa proferunt: aves etiam ova pariunt; sed nutrimentum vitello, & semen albumini inest, ova semen undiq; concludunt ne effluat, & matrix prægnantis conclusissima est.

C. Mineralium generatio ad modum præfatum fit sed

ſed obſcurior eſt plantarum & animalium generationibus, materia fermentante pro ſemine gaudet, maturationem itidem habet, formam à variarum materiarum fermentationibus acquirit, & à ſyderea impreſſione, quam eminus excipit, ut in virtutibus gemmarum conſtat, quæ a luce ſignata proveniunt. Pro forma exteriori modos proprios (*n*) colores, ſapores, denſitates & raritates, poadera, duritiem, mollitiem, ductilitatem, aut fragilitatem, & quædam etiam, velut gemmæ, proprias figuras oſtentant: cryſtallus enim ſuo priſmate decorus eſt, & geodes rotunditate donatur; vivunt, quippe luce vitali gaudent, anima mundi informantur: vitas animalium diverſimode afficiunt.

D. Ad vegetationem hæc ſequentia requiruntur (*n*), Spiritus formalis, ſemen, matrix, Nutritio, accretio, aliqualis organiſatio, maturatio, excretio, fructificatio, & ſeminatio.

E. Ad formam ſenſitivam ſpiritus formalis ſenſu, inſtinctu, & quodam rationis gradu præditus, & omnia quæ ad vegetationem; ſed animali more, ore enim cibus carpitur, & fæmella fœtum fert, excretio quotidiana fere excrementorum ex variis corporis emunctoriis, ore, oculis, naſo, auribus, ex pudendis, &c. Præterea locomotiva facultas plærisque animalibus. (oſtrea ſunt ſabulo fixa) & reſpiratio animalibus terreſtribus, & alitibus convenit. Piſces aquam pro aere hauriunt.

F. Humano generi ſpiritus formalis intelligens ad imaginem Dei creatus immittitur, neq; ex materia (nam illi eſt omnino heterogenea, & plurimis eam paraſangis ſuperat) neque ex luce (quia etiam

ab

abilla multis modis differt, & eam multis gradibus antecellit) neque ex parentum anima quia nihil potest seipsum, aut sibi æquale creare, neq; est anima divisibilis, ut ex anima parentis præscindatur anima prolis ; sed à Deo creatur. Deus Pater Verbo suo Omnipotente ex nulla præexistente substantia facit. Verbum illud est Essentiale Dei Verbum Imago patris *Hebr.* 1. 3. Quod verbum est Deus filius. *Joh.* 1. in capite. Neque verbum, vel figura soni audibili, vel figura characteris visibili cognoscitur : ita *Logos* ille vel hoc verbum ad suam imaginem inscribit characteres substantiales humano generi (*n*) animas rationales & intelligentes.

G. Quilibet Spiritus sensitivus omnibus animæ vegetativæ munis fungitur (*n*) lampadem accendit, corpus organisat, & materiam sua effigie aut imaginatione imprimit. Suos modos præterea (*n*) instinctum, sensum, & aliqnale ratiocinium superaddit. Omnis etiam spiritus formalis intelligens, & κατ' ἐξοχὴν rationalis (quia longe brutorum ratiunculas supervolat) omnia munia & vegetativæ, & sensitivæ peragit : nam si inferiores spiritus succos & materias suis modis imprimant ; multo magis spiritus rationalis & intelligens suo modo imprimit, ut quadrangulum & suam & trianguli figuram in se continet : vel sicut longissima lyræ chorda omnes breviorum & reliquarum sonos sola potest edere, ita superioris gradus spiritus inferiorum omnium omnes facultates in se complectitur. Accretio autem corporis, non à spiritu formali immediate ; sed à lampade promovetur & a materiæ copia quam lampas fovet. Pueri & adolescentes satis impedi

impediti ad parvam redigantur corporaturam: aut si lampas ad materiam ordinandam sit invalida, aut lampas nimis intensa corpus exsiccet, &c.

Magnus Alexander corpore parvus erat.

Omnis superior spiritus omnibus inferiorum spirituum facultatibus ornatur, quibus nobiliore proprietate addita supereminet.

CAP. IX.

Anima humana.

A. INter animalia homo principatum obtinet, animal loquela, ratione, risu, & vultu erecto præditum, risus, fletus, gemitus, suspiria, exultationes, & aliæ voces motum animi subito affecti exprimentes sunt brutales hominum soni, loquela est sonus rationalis conceptus mentis sive recte sive inepte formales exprimens.

Anima humana est spiritus intelligens, ejusque vis & potestas (quæ vulgo facultas animæ dicitur) est triplex (a) facultas exitans (quæ vulgo intellectus agens dicitur) facultas percipiens qua abstrahit rerum & objectorum species sive imagines, quandocunq; in commune sensorium per propria sensoria introducuntur (quæ sensatio appellatur) has imagines aut apparentias intellectualiter ex communi sensorio abstrahit, quæ abstractio dicitur intellectio: Verbi gratia lux colores iridis abstrahit. (quæ est prorsus immaterialis abstractio; nam hi colores non sunt reales, sunt nisi colorum apparentiæ, & extra iridem non inveniuntur) eosque in oculum introducit perque oculum ad commune sensorium adducit, ibiq; anima eos percipient, dicitur iridis colo-

re

resvidere, at illos colores iterato abstrahens intellectualiter, eos imaginatur & intelligit. Tertia facultas est facultas applicans (vulgo voluntas) sibi vel applicat, aut rejicit, ea quæ intellectus applicanda aut rejicienda judicat. Cum sibi applicat, recte dicitur Voluntas; cum autem à se rejicit potius Noluntas nuncupanda est.

B. Facultati excitatrici instinctus & motus vitaiis subordinantur, facultati Percipienti quæ vel species ab objectis abstrahit, aut ab aliis spiritibus intelligentibus impressiones, præsertim à Deo recipit, sensus adhæret. Facultati autem applicanti affectus animæ subjiciuntur.

CAP. X.

Intellectus agens.

A. QUoad primam facultatem: quia per hanc cæteræ facultates excitantur, anima satis proprie dicitur actus, id est spiritus activus (quamvis intellectus per hanc facultatem vocatur agens, non tamen proprie datur intellectus patiens, nisi cum facultas perceptiva sive Idæa influxus Dei, & impressiones angelicas recipit) & est actus primus seu principium operandi, & cum intellectus agens imaginationem ad contemplandum, & voluntantem ad volendum erigit, ille particularis imaginandi vel volendi actus dicitur actus secundus.

Habitus mentis.

Idem actus secundus sæpe repetitus tandem radices agit, & habitum inducit, ideſt, modum non facile amittendum, sed facilitatem agendi, ut ille actus

ctus fere non amplius in posterum difficultate laboret, & per habitum actus secundi facilius eliciuntur: tyro experimentis sæpe iteratis tandem suæ artis magister evadit; & ea sine labore peragit, quæ in principio tyrocinii sui non sine sudoribus repetitis, & assidua magistri inculcatione ægre edidicit. Hi habitus vel in perceptiva, vel in applicativa oriuntur. Habitus perceptivæ facultatis. Secundum Aristotelem sunt quinque: 1. Intelligentia habitus quasi primorum principiorum intellectualium u[illegible]totum est majus paree, intellectus ita comparat similia & dissimilia inter se, & majora cum minoribus confert qualia pueris etiam sine præceptore nota sunt. 2. Scientia habitus conclusionum ex his principiis deductarum; ut quadrangulum est majus triangulo, quia totum est majus sua parte. Huc spectant Metaphysica (contemplatio entis & modorum entis in genere) Physica (contemplatio corporis naturalis) Mathematica (contemplatio quantitatis.) 3. Sapientia ex duobus prioribus aggregata. Hi habitus dicuntur Speculativi, quia intellectus in operum Divinorum ut totius mundi speculatione acquiescit. Hæt tamen sunt magnæ praxeos fundamenta. 4. Prudentia, quæ actionum rectarum normam complectitur: ad hanc spectant ethica de virtute civili. Oeconomica de virtute domestica. 5. Ars secundum rectam rationem opera producit: estque duplex vel cum manuum operatione; ut agricultura, qualis ars dicitur illiberalis; revera tamen quædam manuales artes sunt viro sapiente dignissimæ, ut chirurgia, pictrix, Skiagraphia, & architectura, &c. superbis, & honoratis regum manibus excultæ. Aliæ

artes

artes sine manuali operatione fiunt Grammatica, Rhetorica, Poetica, Logica.

Habitus autem perceptivæ facultatis vel voluntatis sunt virtutes & vitia.

Hi habitus & incrementis assuescunt, et si non excolantur, sæpe exoleſcunt.

Alii etiam habitus à Scholasticis enumerantur, modi in animam ingressi, qui nec ejus essentiam constituunt, nec immediate sequuntur.

Alii etiam habitus præter hos actibus repetitis acquisitos à logicis enarrantur (*n*) modi quidam adventitii non facile delebiles, qui nec animæ essentiam constituunt, nec eam immediate sequuntur, quales sunt habitus concreati ut justitia originalis Adamo protoplasto indita: habitus etiam à Deo infusi, quales sunt fides, spes, & charitas quæ fidelibus à Deo infunduntur cum regeniti fuerint. Sic Apostoli & Prophetæ in instanti Divinitus edocti fuere.

Hic habitus non à claritate lampadis aut ingenii humani ortu ducit, sed præsentia sancti Spiritus homines etsi stolidos supra mundi sapientes evehit, & parvulos edocet ea quæ carnales omni sua mundana eruditione, & acumine acquirere nequeunt. Hoc regalis propheta. *Psal.* 119. & littera *Mem*, asserit. Aholiab et Bezaleel ita edocti fuere, et memet agnosco esse discipulum hujus Præceptoris benedicti

Qui me radiis cognitionis inexpectatæ sæpe illustravit, & cum omnes meos investigandi locos frustra perquisiviſſem, & alia post modum cogitarem, subito rem totam sine ambagibus clarissime

inau-

in aurem animæ Dixit. Illustrium virorum subitanei motus & consilia, ut Alexandri magni, certe hoc impulsore & Consiliario irrepterunt. Et quidam (ut Plinius) coram judice vitæ suæ causam dicentes responsionibus insulsis servati sunt.

Intellectus agens postquam rerum species à perceptiva intellectualiter abstractæ sunt, ut Petri & Bucephali species in categoria substantiæ, modos utriusq; intuetur, & utrumq; in animalitate convenire deprehendens sub uno genere collocat (*n*) animali, utriusq; etiam differentias considerat, atque intellectionem pro differentia specifica Petri notat, & connectit has notiones cum Petro subjecto (*n*) Petrus est animal, Petrus est intelligens, atq; affirmationes ac negationes excudit; tandem discurrit, ut omne intelligens vivit, Petrus intelligit, ergo Petrus vivit.

Cumq; rerum modos in perceptiva tanquam speculo contemplatur, omnes in unum fasciculum colligit; aut singulatim omnes evolvendo, dividit & distinguit; unumq; cum alio comparat, eosq; artificiose variat, obscuriores denig; modos è tenebris ad lucem eruit. Per causam efficientem fabricat, & fingit, secundum formam definit, & ob finem deliberat.

Cum autem fabricat & fingit, modorum historias excudit, ut & rerum periphrases, illustrationes à contrariis juxta se positis, vel ab exemplis ordinatas rerum series, & ingeniosas rerum longe dissitarum contexturas ut in metamorphosi Ovidana, methodos omnium artium, earumque diatyposes, syllogismorum & argumentorum copias, tropos emblemata, hyeroglyfica, figuras,

pa-

parabolas, fabulas, & illustria poetarum inventa, ut apum rempublicam, & amœnos Elysios Vergilii, & regiam Solis, fabulamq; Phaetontis apud Ovidium, &c. rerumq; imitationes parit. Et est inventio.

E. Perceptivam aggreditur, imaginativam excitando excogitat, memoriamq; expergefaciendo Reminiscitur, unde reminiscendi actus, & virtutes, aut vitia præterita perspiciendo, actorum testem et judicem agit, unde Conscientiæ nomen obtinet, arguit homines scelerum, seque testem facinorum sistit, et secundum legem Dei cordi inscriptam reos judicat. Quis Adamum protoplastum fructu prohibito degustato nuditatis commonefecit; aut criminis insimulavit? Cum quis scelus horrendum perpetraverit licet homines fugiat; conscientiam tamen non latet, quæ instar serpentis eum perpetuis aculeis lancinat. Tale quid etiam in brutis observatur aliquando.

Inventio non solum sed etiam judicium ad intellectum agentem pertinet, ut in re syllogistica patet, Omnis discursus syllogismo probatur, et quamvis indocti artificiosam syllogismi structuram ignorent; hi nihilominus naturales syllogismos callent; et vi syllogistica accusant, excusant, deliberant. Dantur quædam judicia clara intellectus intuitivi, qui sine discursu clare res discernit.

Judicia recta fiunt vel à spiritu Dei infallibiliter dirigente, aut ab angelo non errante promota, ac etiam à lampade et organis non impeditis: obliquum judicium vel à cacodæmonis impostura, vel

vel à vitiosa lampade et organis.

*I*ntellectus vel secundum lumen innatum, aut lumen extraordinarium à Deo immissum intellectualiter judicat; ut vero secundum lampadis modos inclinat, corporaliter et carnaliter statuit.

G. Intellectui agenti Instinctus subordinatur, (qui etiam brutis conceditur,) cum homo ad actum quendam subito sine rationis discursu prorumpit: ut amor formosæ, odium quorundam hominum ex solo aspectu absq; ulla aliâ causa, mutua hominis et serpentis odia, detestatio soni vitrum scalpendo producti, oscitatio ad exemplum proximi oscitantis, et inter reminiscendum prono vultu terram conspicimus.

In brutis numerosa prodncutur exempla; canis cum ægrescit, sine Galeni indicio, gramen pro medicinâ habet, quo paululum gustato vomit: felis etiam tanquam bene morata suum stercus pulvere cooperit, at conspectum lateat. Quia instinctus exitando se exerit, est radius intellectus agentis in homine, et est imago ejusdem in brutis.

H. Motus vitalis animalium intellectui agenti etiam subservit: cuncta enim corporis membra ab anima vatie impelluntur, spiritus lampadi leges movendi præscribit, lampas autem ejus mandata per varias membrorum agitationes exequitur.

Particulares motus à spiritu impressi in vita concreti ultima elucent. Vita vegetabilium et animalium est triplex (*n*) vita prima media, et ultima. Vita prima in semine latet, quæ cum semen nutrimentum sibi attrahit, fermentatione prima actu se manifestat. Vita media est perfectior

tæ gradus cum, cum propriæ qualitates vel modi plantis & animalibus à Spiritu formali inscripti in eorum corporibus *à* putredine conservatis, postquam plantæ vegetare aut animalia movere se localiter cessaverint, exciſaq; spiritu formali priventur.

Sub hac vita vires medicæ herbarum à pharmacopolis exſiccatarum, & venalium retinentur, exempla vini in doliis, & ferinæ in artocreis olentibus ſuperius allata huc faciunt. Opercula pyxidum aere vapido difficilius panduntur quam aere ſicco per hanc vitam, *&c.* Vita ultima eſt perfecta, & omnibus numeris abſoluta, vegetatione, motu locali, & ſenſu prædita. Spiritus formalis hanc vitam illuſtrat, & dirigit. Hujus vitæ privatio dicitur mors; mediæ vitæ privatio eſt corruptio; ultima vitæ privatio eſt diſſolutio. Annoſæ arbores cum omnem vitæ curriculum abſolverint, ſpiritu formali orbantur, proprietates & vires ſpecificæ auſugiunt: & ipſa lampas viſibiliter eas in ultimo fato lucentes deſerit, earumque corpora in aqueos pulveres fatiſcunt.

Obiter obſervandum homines vitam ſextuplicem vivere. 1. Vitam mineralem in prima conceptione. 2. vitam plantalem cum nutrimentum per umbilicum recipiunt. 3. Vitam brutalem ſine contemplatione in infantia, et pueritia. 4. Vitam rationalem in reliquis ætatibus. 5. Vitam angelicam inſtato ſeparato. 6. Vitam ſupremam in Chriſto. Theanthropo.

CAP.

CAP. X.

Intellectus perceptivus sive Idæa.

A. FAcultas Perceptiva imagines rerum intellectarum percipit, & continet. Sensitiva huic subordinatur, quæ in homine est perceptiva prout organo corporeo nititur. Quidam Philosophorum tot myryades imaginum angusto mentis punctulo concludi demirantur; stupere desinent si uni lucis angulo vastorum objectorum cumulos includi posse animadvertant. Est Divinum mentis privilegium mirabiles quantitatum moles in sinu comprehendere, cum ipsa sit fere omnis quantitatis expers; quare satis congrue Idæa, vel intellectus idealis dicitur. Celebratæ Cyri, Themistoclis, & aliorum memoriæ sunt ampla hujus rei testimonia.

Hæc Idæa vel Imaginatio, postquam ope intellectus agentis rerum imagines abstraxerit, eas in se tanquam speculo contemplatur, hæ imagines sunt conceptus intellectuales sive particulares imaginandi actus.

B. Idæa est vel rerum interarum quæ essentialiter Omnipotentis Creatoris digito in ipso animæ ortu insculpuntur. Hujusmodi sunt ipsa hominis imago quam essentialiter, & perpetuo cogitat. Lex Dei & naturæ rationalibus inscripta, quamvis à lapsu Adami primi hominis, non sat clare legitur. Parmeno Terentianus secundum hanc legem Chæream male se gerentem corripiens, cum contra hanc legem ageret, nos, *inquit*, flagitium facimus Chærea.

Hæ ſunt reliquiæ primitivi luminis Adamo innocenti infuſæ. Hæc eſt lex Conſcientiæ. Hujuſmodi ſunt principia intellectualia quibus bonum à malo, verum à falſo, utile ab inutili ſecernitur. Quæritur utrum Idæa Dei ſit homini naturaliter inſculpta. Proculdubio ante lapſum hominis Idæa exiſtentiæ Dei clare hominis intellectui inſcripta fuit; at poſt lapſum jam miſere obnubilata eſt, & ſingulis peccatoribus ab ipſo ortu principium atheiſmi inſculptum eſt aliqualiter; nam facile hoc lumen peccatis hominum obnubilatur, ut etiam Conſcientia Dei legatus in anima à flagitioſis extinguitur. Stultus corde ſecum reputat nullum eſſe Deum. Neque verum eſt quod Ariſtoteles aſſerit (n) animam in ortu ſuo eſſe inſtar tabulæ raſæ, & vacuæ donec externarum rerum ſpeciebus exornetur: & quicquid ſit in intellectu prius per ſenſus corporeos intraſſe, antequam ad intellectum pervenerit. Hæc enim nupet adducta per nullos ſenſus corporeos intrarunt.

c. Hinc hæc perceptiva facultas merito lumen & ſplendor intellectus appellatur. Attamen haud credendum eſt Carteſio quicquid clare, & diſtincte quis percipit eſſe verum. Nam Epicurus clara ratione, ut ipſe putat, animas eſſe mortales, & nullam dari providentiâ ſyllogiſtice ſuos diſcipulos docuit, Ariſtoteles mundi æternitatem, Pythagoras Metempſychoſin diſtincte ſe ſcire exiſtimaverunt, et ipſe Carteſius in pleriſque hallucinatus eſt, quamvis putaverit ſe diſtincte cognoviſſe.

Hoc eſt illud lumen animæ ſpirituale, et hæc eſt ima-

imaginatio animæ perpetuo insita, hic est intellectus intuitivus, perquem primo aspectu sine discursu (hic discursus intellectus qui ex variis signis vel argumentis occultos rerum modos scrutatur, Ratiocinatio appellatur) res intelligimus. Hinc quidam Physionomiam sine libris aut Magistris, ad miraculum fere callent.

Perpetua & essentialis imaginatio formam exteriorem & proprietates specificas lampadi, & materiæ imprimit. Anima est ad Imaginem *Dei* creata, & est verbum internum formale quod exterius per organa & modos corporeos profertur.

Datur etiam interna imaginatio, quæ animæ lampadem indutæ convenit in antipatheiis, & sympatheiis: ita homo primo aspectu rubetam, & serpentem horret, & sine syllogismo veneres & hortorum amœnitates intelligit. Unus alterius sodalitium hac de causâ & vultum amat aut aversatur.

D. Imaginatio rerum extrinsecus advenientium quas abstrahendo & recipiendo percipit: ut supra monui. Hæc est vel rerum quondam imaginatarum, quarum speeies non solum continet; sed etiam ut cera sigillum retinet, *Memoria* appellatur: vel rerum quas in præsenti imaginamur; nunquam à nobis prius imaginatarum, sive sint res preteritæ ut cum primum creationem mundi audimus & imaginamur; sive sint res præsentes & cum primo regem intuemur; sive sint res futuræ ut cum primo Universale Judicium, & sæculi consummationem animo concipimus. Hæ imaginationes vel occulte aliter quam per organa corporea sensuum sæpe introducuntur (*n.*) vel ab Inspiratione *Divina*, aut afflatu angelico, aut a radiis humanis saturnino-

rum, Jovialium, Martialium, Solarium, Venereorum, Mercurialium, aut lunarium ſodalium, vel à ſydereo influxu.

E. Aut à morſibus, punctûris, & radiaturis animalium (obiter morſus hominis rufi dicitur eſſe venenatus teſte Zacuto Luſitano) ab inunctionibus (unde ſomnia jucunda aut formidoloſa apud Baptiſtam Portam) à ſuffitibus (ut memoriæ proditum in convivîis veterum Thracum ſuſſumigationibus quarundam herbarum eos ad hilaritatem, tripudia, & inuſitatam petulantiam incitatos; quamvis fumus nares intraverat, tamen nulla imago hujus laſciviæ in fumo fuit, ſed vi ſua venereum lampadis characterem exitavit, qui ab imaginatione perceptus fuit) aut magnetiſmis feſtiva aut tetrica inducentibus, vel à complexione, pharmacis, eduliis, poculis (unde ſpectra animalium cornibus quaſi impetentium, aut aquæ inundatis, &c. obverſari videntur) aut ab aura ſalubri aut inſalubri, vel a morbo: ut palam eſt in delirio febrili, & melancholiâ exaltatâ phantaſmata non levia oboriuntur, & qui per ſenſoria, aut viſus auditus intuanti Torpedo tactum piſcatoris inficit, & manus ejus inter piſcandum ſtupidas reddit.

Imaginatio eſt ergo triplex. 1. Eſſentialis de qua nuper. 2. Habitualis, quæ non facile removetur: habitus ponitur inter actus primos, habitualis imaginatio Logicæ logico inſit. 3. Momentanea quæ eſt inſtantaneus unius rei conceptus.

Nihil homini intelligitur quod non ab hac facultate percipitur: privationibus etiam imagi-

nes licet inversas hæc idea intellectualis effingit.

F. Sensatio huic perceptivæ subordinatur, Sensus enim est perceptio animæ per organa corporea: videt per oculos, audit per aures, olfacit per nares, gustat per os, tangit per totam solidam corporis materiam. Lux & colores, figuræ cum magnitudinibus, numeri, motiones, distantiæ, situs, & horum paritas, vel æqualitas, similitudo, excessus, defectus, diversitas videntur, Soni, toni, voces, articulatæ, et inarticulatæ audiuntur. Odores (*n*) suavis & fœtidus, dirus & gratus olfactu recipiuntur. Sapores dulcis & amarus, & aromaticus gustantur. Calor, frigus, fircitas, humor, magnitudo, figura numerus aliqualiter tanguntur, ut & duritiæ, mollities, glabrities, scabrities, levitas gravitas tactu sentiuntur, ut & dolor & levamen. Non solum tactus rerum externarum, sed etiam internarum fit (*n*) dolor internus à morbis acutis, ut & à lampade violenter impedita; gaudium internum à lampade dilatata ut refocillationibus per calorem factis, ut in pruritu venereo. Anima sine organis omnia per se clarissime percipit; sed quatenus ergastulo corporeo concluditur organis ad aliqua percipienda utitur; non autem ad omnia: nam essentialis imaginatio, & lumen ipsi essentiæ insculptum nullis eget organis.

Intellectus agens, & voluntas nullis egent organis. Atq; Inventio, & argumentatio, & rerum ordinatio nullis utuntur organis. Atq; illa ipsa quæ per organa intrant, anima concitata sine organis apprehendit. Morum collo prægnantis in

ſciæ, attamen mora graviter appetentis ineidens, ab anima prægnantis viſum fuit, & collo embryonis inuſtum. Somnia etiam animam ſentire organis ſenſuum ſoporatis oſtendunt.

CAP. XI.

Facultas applicativa ſive Voluntas.

A. TErtia facultas animæ intelligentis, eſt facultas applicativa ſive voluntas, qua ſibi applicat, vel à ſe rejicit ea quæ intellectus applicanda aut rejicienda judicat. Huic facultati affectus animæ ſubjiciuntur. Per hanc intellectus ſe exerit ad actiones ſuo judicio neceſſarios: poſito enim ultimo judicio intellectus praxin meditantis, ſive recto ſive obliquo voluntas ad exequendum ſtatim ſe accingit. Cum varia judicia in medium proferuntur tum erit conſultatio; horum uni præ reliquis voluntas adhæret, et tunc ſit electio; ſi recte eligit circa bonum verſatur; ſin obliq; vel inepte eligit circa bonum apparens; ſed non verum bonum occupatur. Bonum eſt norma ſecundum quam omnia fieri debent, et facere cupit voluntas. *Debeo* facere id eſt honeſtas actiones exercere. *Volo* ſecundum hanc normam fieri id eſt, beatus eſſe cupio. Forma hæc judicio exeritur, et ſi judicium fallat, vera norma non eſt inventa, ſed adulterina ſecundum quam agere eſt male agere. Falſum judicium in rerum ſpeculatione eſt ſtultitia; et in rebus agendis eſt imprudentia: nullum judicium ſpeculativum, eſt ignorantia, cum intellectus judicare nequit: nulla judicii executio, vel voluntas ad exequendum

dum est fatuitas.

B. Intellectus vel secundum lumen innatum, aut lumen à Deo irradiatum intellectualiter judicat, ut vero lampadi adhæret, carnaliter statuit: si voluntas Divinitus adjuvetur, et elevetur intellectus, rectũ judicium amplectitur; sin autem sibi et suis viribus relinquatur, à lampade sæpe inficitur, et carnaliter agit. Voluntus in horum judiciorum bivio hærens non est penitus libera; sed de se potest conqueri ut Medæa Ovidiana. *Video meliora proboque; deteriora sequor.*

Ubihæc dissertatio locum non habet, voluntas si hominem solum intuearis est sane libera, ut sedere, stare, ambulare, currere, hac vel illac pergere, legere vel scribere pro arbitrio.

Quamvis voluntas actiones humanas producit; quædam tamen sunt actiones involuntariæ; ut oscitatio, risus indomitus: quædam etiam sunt actiones quas aversamur, quibus voluntas à judicio intellectus tandem persuasa auscultat: ut cum mercator permare pauperiem fugitat per saxa per ignes.

Quatenus voluntas eligit dicitur Velle: quatenus rejicit dicitur Nolle.

Actiones voluntatis vulgo dividuntur in elicitas, et imperatas: elicitæ sunt (ut aiunt) quas voluntas in se agitat, ut cum homo vult divitias & honores. Imperatæ sunt quas voluntas imperat fieri per membra corporea, ut locomotio.

D. Voluntati affectus infervit. Affectus est voluntas lampadem varie agitans, unde non levia effecta sequntur.

Hi affectus sunt appetitus, timor, Spes, &c.

qui

qui circa bonum & malum versantur. Amoest affectus circa fruitionem boni realis, ut sanctitatis, vel boni apparentis, ut deliciarum illicitarum: Odium est affectus circa aversationem malisive realis ut peccati, injustitiæ, intemperantiæ &c. sive apparentis, ut vitæ austeræ. Neglectus est privatio amoris ut cum amicus amicam negligit. Desiderium est amor boni pro tempore saltem privati. Appetitus est circa fruitionem boni sensibilis qua sensibilis: famelicus cibum appetit; delicatus cupedias, fervidus juvenis Musicam choreas. Venereus amorum carmina, odores arabicos, & hic appetitus si sit rei venereæ dicitur libido. Gaudium est affectus ex bono præsenti. Dejectio est ex privatione boni præsentis, Dolor est affectus ex malu præsenti.

Spes est circa bonum futurum: desperatio est privatio hujus expectationis. Metus est circa malum futurum. Admiratio est circa magnitudinem boni. Stupor circa vastam mali magnitudinem.

Favor est circa bonum quod alteri copimus. Male volentia est cum malum alteri optatur. Invidia est circa bonum quo quis cupit alterum privari. Ira cum quis malum alteri valde cupit ob malum abillo illatum. Exultatio est magnus gaudii gradus.

Hi affectus cum intenduntur non parvo damno corpus, imo & lampada, & sensus afficiunt: Magni aut summi metus, dolores, imo & summa gaudia morte. Sæpe numero inducunt. Timor intensus sæpe pallorem incutit, sæpe dementat, paulisper aliquando occæcat, alvi fluxum exitat, syncopen inducit, pestem introducit, imaginatio meticulosa ef-

peri-

periculosa. Quoad alvi fluxum: famæ est medicum quendam pilulas alvi solutivas, cuidam propinasse, & cum præ melancholiâ ægri tarde operarentur, placido vultu ad ægratum more salutabundi accessisse, (& quomodo adhuc vales inquit) et statim sclopum subtoga abditum pulvere pyrio solo refertum juxta ægrum ex improviso ex immisisse: æger deinde se sclopo trajectum putans illico alvum exoneravit. Sed timor etiam tertianam, et maniacum furorem abigit; si æger violenter et in profundas aquas præcipitetur, ita tamen ut cito extrahatur, et tertiana et furor profligantur.

Magna Benevolentia timori junctæ vincula rupit quibus lingua filii Crœsi ligata fuit, ut licet antea mutus, clara et articulata voce veniam et vitam patri ab hoste Cyro impetraret.

G. Magna ira pericula contemnit: elephas ira percitus vulneratorem suum (stratagema Hannibalis) per aquas celeriter insecutus est, cum alias ægre tranare flumen elephas adducitur. Magna ira spasmum *tiri* imperitaris sanasse dicitur, & magna ira protempore robur corporeum duplicat. Quid amoris effecta commemorem, *Hei mihi quod nullis sit amor medicabilis herbis.* Mementote amoris aspectum esse fœtilem, triuum, & conjunctionem præsertim in magnis planetarum dignitatibus; & generaliter simile suo simili gaudere, sed si planetæ aspicientes se mutuo Veneris tinctura, luxurient, aut Jovis.

H. Imaginatio his affectibus vehementer excitata non contemnenda moliri putatur. (Quamvis non pauca à scriptoribus de viribus imaginationis tradita fabulosa videntur esse,) videmus quo-

ti-

tidiana fere experientia amorem in libidinosis facile accendi influxu sydereo cooperante. Imaginatio autem per fidem Religiosam exaltatur (fides autem Divinis promissis, Divinæ præsentiæ experimentis & sanctis precibus elevatur) astrorum influxum, medicaminum efficaciam, magnetismos, probabilitatem rationis, præsertim demonstrationem: quibusdam technis medici utuntur ad melancholica cogitata amovenda.

Modi quos spiritus formalis à lampade varie inscripta abstrahit occasiones multas quæ sæpe cum dolore sentiuntur, anima eos amotos cupit ideoque voluntas eorum remedia cupit; Cholerica lampas homines iracundos reddit, adeoq; jurgia, lites & rixas cupiunt & sectantur. Venerea autem cantus, risus & jocos avet, melancholica solitudines quærit, societatem aversatur. Et ubi anima lampade vitiata & morosis affectibus impeditur, ad speculationes est inepta, & ad omne opus præclarum imparata.

Gaudia pelle | *Spemque fugato* | *Nubila mens est*
Pelle timorem | *Nec dolor ad sit* | *Vinctaq; frænis.*
Hæc ubi regnant.

I. Affectibus sapiens non prorsus renunciat, sed moderate utitur bonis, timore (n) ad pericula præcavenda: audaces sæpe se malis inextricabilibus involvunt, quod scite in fabula Phaetontis depingitur. Ira exercet ad malos mores reprimendos; gaudio & spe ad animos refocillandos, benevolentiam ostendunt ad bonos in bonitate animandos. Neque enim Deus frustra hos affectus humano generi indidit. Sapientissimus

simus, infinite sapiens est Creator; attamen hi affectus moderandi sunt, horum excessus, & defectus fugiendi, & aurea mediocritas retinenda est. Excessus cibi malesuado appetitui indulgens sive gubositas est vitium: nimia a cibo abstinentia est sordida parsimoni, quæ etiam est vitium. Sobrietas enim & temperantia in moderato ferculorum usu est virtus.

Est virtus medium quod tenuisse juvat.

Philosophia ethica vel potius Sacra Theologea hanc moderationem docet.

Jam colophonem his affectibus addemus si prius animæ gaudia lustraverimus. 1. Divinâ Præsentiâ gaudet ubi vita æterna facultatem exitativam, illuminatio & claritas intellectus facultatem perceptivam, sanctitas & libertas facultatem applicativam beat, anima sui perfectione jubilat. 2. Gaudet varietate quia anima est actus & semper agit: & cum semel speciem alicujus irei abstraxerit ab illa re tum cessit, & ad alia properat (nisi cum illam reminiscendo recognoscit) alioqui torpet. 3. Claritate delectatur cum res ordine, & distinctæ tanquam in speculo conspiciuntur, & depinguntur. 4. Gaudet brevitate quâ res compendiose tractatur: brevitas est facilior prolixitate, & paucioribus mediis eundem finem assequitur. Lux perquam res fiunt visibiles in linea recta, quæ est linea omnium brevissima, efficit. 5. Gaudet Novitate: nam una & eadem, vel similis res millies repetita, eandem vel similem imaginem exhibet; sed res novæ animum explere gestiunt, alias addunt imagines circa quas intellectus operetur: si magnarum rerum sit novitas admi-

ra-

rationem excitat. Omne *Præter expectatum* est quasi novum, quod est jocorum subtilissimorum fodina si non omnium, ubi parturiunt montes ridiculus egreditur mus. 5. Rerum omnium cognitione, cum homo sit microcosmus, & rerum omnium inferiorum modos lampadi inscriptos, & ab externis objectis abstractos percipit. 7. Symmetricâ : quia est operationi intellectuali affinis, intellectus enim res rebus confert, & in symmetriâ similia similibus correspondent, ut in exteriori corporis forma, poetica, musica, pictrice, & oratoriâ, &c. constat. 8. Luce & lucidis : quia anima in luce regnat. 9. Libertate lampadis; ut libere expatietur quia tum animæ mandata citius exequitur : omnia dulcia liberiore lampade ditantur. In re venereâ spiritus lampadem ad exteriora mittit : idem in maturis fructibus observandum, qui palato grutiores sunt in maturis, & in aromaticis florum & fructuum fragrantiis. Lampade constricta anima tristatur; laxata autem lætatur : ut in firma corporis valetudine, in joviali aut venereâ complexione, in serenâ tempestate, in puro & clemente sole, in meracioribus poculis, in exercitationibns corporis, in titillatione venereâ lampas dilatatur. 10. Gaudet mediis ad supradicta acquirenda, fovenda, & roboranda, ut pecunia, cibo, Pharmacis, &c. Pecunia ad omnia respondet inquit Solomon. 11. Honoribus : quia hominem supra alios homines efferunt ; ut ipse imperium exercens sit quasi agens, inferiores homines sint ejus instrumenta & materiæ: Spiritus activitate gaudet. 12. immunitate à molestiis. (*n*) pace pro bellis, favore hominum, pro odiis, & invidia, quietis & placi-

dis

dis motibus pro gravi labore. Et prospera valetudine pro morbis.

His ergo prælibatis, vita æterna cum hujus sæculi illecebris de animâ certant, voluntas sæpe gaudiis lampadalibus, gaudio supernaturali neglecto, quæ præsentis vitæ gaudia ob oculos ponunt (ut Eva illicitos fructus protoplasto monstravit) & æternitatis oblectamenta amittit.

Icones animæ Intelligentis.

L. Animas brutorum esse similes animæ humanæ sed in inferiori gradus superius suse monstratum est. Animæ etiam vegetabilium brutalibus inferiores, in multis sunt superiorum imagines. Plantæ appetitum in nutritione monstrant, non enim promiscue cuilibet terræ inserendæ sunt; odia & inimicitias & amicitias in antipatheiis & sympatheiis monstrant: ut in oliva & quercu quæ cohabitare nesciunt, & ubi oliva enata est, & radices aliquot annos egerit, & eradicata fuerit, ibi quercus degere renuit. Similiter inter vitem & brassicam, quæ non solum ex mutua proximitate flaccescunt (quod non earum voracitati tribuendum est; nam vitis cum vorace alia vite, et cum heterogeneis plantis voracibus commoratur, brassicam tamen excipit) sed etiam brassicæ succus jejuno stomacho prægustatur vini paulo post hausti fumositatem pro viribus retundit.

Imaginatio essentialis plantarum formas exteriores imprimit, & exprimit.

Heliotropii et solis amicitia videtur celebri carmine digna; neque solum a solo calore invitatur; ut in aurora solem orientem aspiciens, salutet, et re-

speri se ad solem convertens soli occidenti valedicat; sed etiam solem noctu sub terra occultatum, ab occasu ad ortum (ut observatur) vultu suo consequitur: ecce apertam perceptionem et subtilem in inferioribus.

Medicus Rattray Scotus catalogum sympatheiarum, et antipatheiarum vegetabilium edidit.

Aliquid etiam tale in mineralibus et totius mundi corpore cernitur. Testibus magnete et chalybe, gravium descensu et attractione à globo terreno, et ipsius thermometri experientia.

CAP. XII.

Anima separata à Corpore.

A. FOrte me audacium prima fronte Philosophorum cohors autumabit, cum in mundo incorporeo educatus adhuc non fuerim, quicquam de statu animarum post ejus a corpore discessum confidenter afferere. Quis enim ex superis aut inferis recondita nobis aperuerit? O sacrosanctum Lumen Cujus radiis omnia sunt pervia, Cujus splendore hæc arcana mihi conspiciuntur, Tibi Soli acceptum refero.

Animæ immortalitatem hactenus clarissimis & invictis argumentis docui: jam restat ejus statum postquam è corpore excesserit describere, & primo sciendum penitus eos a vero aberrasse qui animam tanquam Deiphobum Virgilianum ad æternitatis campos emittunt.

Laniatum corpore toto,
Ora manusque ambas populataque tempora, &c.

Ani-

Animam ſcilicet inſtar Bartimæi cæcam imo & ſurdam omni memoria deſtitutam, & affectibus fore nil niſi ſomnium animæ relinquentes; cum revera anima ſit ipſe homo, & ſi unquam in corpore viderit, aut perceperit; multo magis à corpo eis impedimentis liberata ſuos actus libere exercet. Luc. 16. Abrahæ & Lazari animæ ſunt homines extra corpora. Chriſtus Ipſe docet animam eſſe ipſum hominem, anima enim corpore ut nauta navi quam gubernet, ut artifex inſtrumento quocum operetur, ut corpus veſtimento membris ſuis adæquato (organa corporea facultatibus animæ aptantur.) utitur. Si per animam corpus ſentit, multomagis ipſa anima ſentit, ſecuudum doctrinam facultatis perceptivæ ante traditam. Certe animæ quæ poſt funera ſæpe mortalibus apparuerunt, & clare viderunt, & ad propoſita reſponderunt, & meminerunt ea quæ in corpore geſſerunt, et quædam negotia terrena a ſeſe dum viverent neglecta poſt mortem peragi curarunt. Anima autem ex ſe; non ex corpore percipit, et ſeparata ſpecies viſibiles ſine oculis, audibilis ſine auribus, odores ſine naribus, ſapores ſine ore, tactus ſine corpore abſtrahit. Neque aſpectibus ſenſilibus magis turbatur, quam jubar ſolare à paludibus quas illuſtrat, inficitur.

Poſt corporis diſſolutionem indiſſolubilis anima ſuperſtes multo clarius ſentit, reminiſcitur, intelligit libertate donata, quam prius cum corporis eſſet hoſpes. Nemo negabit vim locomotivam eandem animæ militis poſtquam in prælio utrumque pedem gladio hoſtili amputatum amiſerit, quam ante. Lux ſolis facile ſine organis abſtrahit rerum apparentias, et materiarum opacitates percipit, multo facilius a-

nima sine organis corporeis objectorum modulos abstrahit, et percipit:
pugnam utraque pede integer habuerit quamvis corpus tunc claudicet, anima tamen non claudicat: quamvis oculus instrumentum videndi effodiatur; facultas animæ visiva non auferur: anima discedente nec oculus videt nec auris audit; at oculo amisso anima clare videt, & hoc ipsa somnia clarissime testantur.

Certe anima à nubibus caduci corporis liberata non est imperfectior animâ in corpore obnubilatâ. Præter nudam materiam nihil habet corpus quod non à luce & anima recipiat, sensum autem non à luce recipit, ergo ab anima.

Anima separata videt non solum oculis corporeis visibilia; sed modo subtiliori videt: nam spiritus luce vestitus in densissimis tenebris objecta intuetur, corpora opaca æquè perspicit ac diaphana, ilia et viscera abscondita apertissime videt lucem mundi interiorem & abditam lampada, scænas nobis incognitas cernit et admiratur.

Lux illa quæ prius cunctas animati corporis dum corpus animaret latebras intime perlustravit, lux eandem jam immunitatem adepta per quæliben expatians corpora amœnitates mundi interiores visibiles habet, videt hanc a tot philosophis nominatam naturam, sicut nos campos aspicimus; internas concretorum formas videt, interiores formas, interiora animalia, & ad penitissima centrorum spectacula pervenit. Angelis etiam splendida luce amictos, & Christum Theanthropon supra omnes cœli principatus sublimem beatæ animæ aspicientes reverentur, & sicut nos solem

Glo-

riosum longe a nobis distetum, in sua sede decorum, quem nostri oculi vix contratueri audent: ita Deum Gloriæ solem id regno multum longinquo pro modulis nostris prospicere & venerari datur.

C. In ipso Archeypo tuncta tanquam presentia cernuntur, omnum scilicet rerum Idæ, ubi rerum inexhausta puritate, novitate, varietate, & pulchritudine Bonitatis, Gaudii, & Gloriæ fons aperitur. Hic aspectus est in omne ævum beatificus. Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec animum hominis mortalis intravit ab origine mundi quod Deus expectatoribus & amatoribus Dei paravit amen.

Idem judicium de reliquis sensibus esto cum vi abstrahendi perpetuo anima polleat, quandocunq; circa corpora versatur majori dexteritate quam antea species sensibiles abstrahit.

Eosdem sensus corpori glorificato in Resurrectionis die non fragiles, sed usq; durabiles imprimit.

D. Memoriam remanere in animabus post corporis dissolutionem experientia ratio, religio dictant: experientia, animarum defunctarum quæ negotia terrena exequenda vivis præscripserunt. Historia Marsilii Ficini post mortem redeuntis & similium quæ sæpe in nostris regionibus visæ sunt.

Religio etiam memoriam post funera vivere commonefacit: conscientia hominum est immortalis, quæ est liber memoriæ rationes scelerum occultissimorum Deo supremo judici reddens, vermis conscientiæ nunquam moritur in impiis: parabola divitis Iurconis in evangelio secundum Lucam, memoriam ejus in fratrum suorum periculo non esse mortuam. Ratio etiam memori-

am non funerari cum corpore evincit. Quamvis memoria lampade nibulosâ & morbis obscuretur, æger tamen cum plene revalescit, memoria ejus etiam à nebulis morborum liberata clarescit, multoque magis animæ in statu separato ab omnibus nebulis corporeis serenata distincte præterita reminiscitur. Lampas characteres retinet quibus insculpitur, donec à contrariis characteribus deleantur: & si fuerint odiosi & antipathetici, ut venenati, lampas suis viribus eos domat & excutit. Si lux characteres suos retineat; multo magis spiritus formalis eos quos abstraxit, perpetuo retinet. Unde rerum memoria manet in animabus perpetuo.

Anima ergo corpore defuncta multo clarius sensibilia percipit quam cum a corpore hospitatur; nam impedimentis corporeis liberatur, & quia ex se percipit, & per eam corpus sensatione præditum est, organis corporeis tantum ut corpus particeps fiat sensuum utitur, ergo ipsa anima post organorum dissolutiones clare sine organis percipit.

E. Intellectus animæ separatæ etiam supra fumos impuros lampadis elevatæ jubilat, jugi serenitate beatur: jamque cum non solum signa, sed ipsas rerum formas & penetralia cernat sine tædioso rationis discursu (licet rem syllogisticam etiam superlative calleat: quippe omnia quæ ante poterit, etiamnum, & clarius potest) res ipsas primo intuitu cognoscit. Ratio mortalium crebra indagine de naturâ magnetis multum quasi laborat, unum argumentum ex alio deducens vix tandem intelligit: at in-

intellectio.

Beatorum ipsam internam magnetis formam intimam in materiæ centro perspiciens clare apprehendit, nullam moratur disquisitionem. His non obstantibus quamvis alias animas anima beata videat, non tamen animarum cogitotiones discernit: *Solus Deus est Cardiagnostes.*

F. Anima suas cogitationes exprimit per signa: ut oculi amantium sine strepitu inter se confabulantur, ita animæ mutuo colloquuntur.

Præterea intellectus beatorum non guttatim rerum cognitionem imbibit; sed una Divina impressione integrum habitum recipit. Pueri nostri sub ferula magnum annorum curriculum terunt priusquam doctrinæ laureâ donentur, at apostoli unico Spiritus Sancti afflatu multum diversaso mnium gentium linguas calluere.

Affectus etiam cœlicolarum sunt illimes & limpidi: jam supra odia, inimicitias, & mærores, sancta serenitas est individuus affectuum beatorum comes, Timor & amor Dei, Benevolentia erga proximos, intaminatum gaudium semper præsto sunt: Appetitus rerum corporearum longe abest, nec mella nec aromata desiderant, nisi in corpora sua immortalitate donata reverti; Sed illud corpus tum nil mortale sonat, nec tenet, nec oppositis nec quadratis syderum aspectibus obnoxium est, nec amplius erit animæ gravamini, cum corpus fere incorruptibile & sine pondere tam subtile ac si spectrum esset, per operationes philosophorum reperiatur: multo nobilius erit corpus exsurgens manu Omnipotentis

fabrefactum. Cristallinum vitrum pellucidum ex cineribus abjectis arte vitrarii excoquitur: multo magis Arte Divina ex cineribus aut pulveribus sepulchralibus Gloriosum corpus resurget.

H. Anima non in heterogeneum corpus (ut volunt Pythagorani in Metempsychosi finxisse) aut in corpus alius hominis quasi Pauli anima in Petri intraret, aut in aliud corpus novum nihil prioris corporis retinens; sed in suum proprium corpus de novo extructum revertitur. Magnetismus propriorum objectorum est omnium firmissimus. Anima propriam hominis formam in sale sui corporis fixo latentem præ aliis eligit.

Justitia immaculata requirit ut corpus animæ ad bona vel mala instrumentum meritedem factorum cum anima sua partiatur.

K. Figura animæ si spiritum intuemur & spiritualem naturam in genere est indeterminata. Si lucem ejus spectemus, in genere lux est rotunda: at si sigillum Divinum observetur, forma quam ipsa essentialiter imaginatur, est humana. Potest etiam quamlibet figurarum personare pro arbitrio. Hoc certe privilegium commune est animabus cum aliis spiritibus: nam spiritus sub brutorum formis apparuisse compertum est. Ista est nota bestiæ quam Deus in apocalipsi cœlo prohibet; habitualis damnatorum imaginatio in sævitia lupina, fraude serpentina, libidine equina homines in monstra reali metamorphosi mutat.

Quoad motiones animarum; omnia corpora materialia earum impulsibus subdita sunt: facile enim animæ se in interiores lampadas insinuare possunt easque

easque excitare, adeoq; totam cujuscunque corporis machinam commovere: ita miseri dæmoniaci motibus horrendis à spiritu maligno vexantur.

Anima vinculis corporeis exolûta, si non à Deo exuler, libertatem obtinet post ærumnas corporeas placidam requiem carpit: quæ libertas est gaudium innarabile: libertas lampadis ut supra monitum, dulcedinem parit. Anima tamen à corpore liberato non est prorsus sui juris, ut quoquo velit abeat; sed secundum quandam legem absque omni enormitate vivit. Ad visibiliter diversandum inter homines sine particulari jussu non accedit: rebus æternitatis occupata res mortalium non attendit. Abraham & Israel nos ignorant *Is.* 63.

O! Regio animæ beatæ est ubicunq; Deus se visibilem præbet, est Regio lucis & solis perpetui: adeoq; non impeditur anima vel in interna mundi luce, vel in luce extramundana Deum videre, & venerari Hæc regio hæreditas sanctorum in luce appellatur. *Col.* 1. 12.

Noctem perennem animæ impiæ incolunt, & arctioribus compedibus quam corporeis constringuntur: harum spectra sæpe terras obambulant, & gemitus earum audiuntur.

P. Ad Dei beneplacitum angelus malus ex eorum cadaveribus, ubi reliquiæ lampadum adhuc latent, idolum corporeum exitare potest: tunc enim idola nuda oportet sine veste videri; si tamen vestita appareant, illi lemures aliunde veniunt: aut enim soli phantasiæ imprimuntur: sæpe enim fit ut phantasma uni aut alteri inter astantes obrepat, cum reliqui nullo sensu quoquam tale se percipere putent

rent vel in aere aut materia subito congregata istiusmodi imago excuditur. Hæc spectra sæpe apparent ad occulta scelera indicanda quæ homines aut ignorant aut celant. Nihil nam secretum quod non revelabitur. Non raro etiam ad futura præmonstranda accedunt, ante mortes singulorum ex quadam stirpe prognatorum, & videntur, & a tota familia præsenti videntur. Sensus ejusmodi prodigiorum est (ut Supposititius Samuel Sauli dixit, *cras mecum eris*) hic æger ex vestra familia oriundus brevi erit inter mortuos sicut ego sum. Cavendum à spirituum illusionibus : necromantici putant se arte sua manes accersere instar sagæ Endorensis; sed malignus iste spiritus mentitur manes, & quandoq; ad tragædias concitandas se pro manibus visibilem sistit.

CAP. XIII.

Angeli.

ANgelus est spiritus intellectualis incorporeus. Angelus significat nuncium : quia nictu oculi ad ultimos mundi terminos imperata infiniti Dei exequentes pervenunt : ideoq; juvenes alati in hieroglyphicis Angelos denotant.

B. Spiritum dari constat ex supra traditis cum substantia existans, percipiens & volens datur; sed dubitat atheos num dentur angeli; hic scrupulus facile removetur, & existentia angelorum pateret, si consideretur primo multa in hoc mundo fieri quæ nec à luce, nec à materia, nec à corpore vivente visibili produci possunt; voces articulatæ significativæ invisibilium sæpe audiuntur, & sonitus ferales in ædibus mortem præsagientes mo-

si

bundis.

Secundo, Remedia morborum, pertinacium præternaturalia qualea se suo tempore observasse Zacutus Lusitanus testatur. Omnia remedia quæ superstitiosis ritibus parantur sunt hujusce modi.

Tertio, Prodigia hujus sæculi in aere, aqua, & terra Germanica, Britanica, & Polonica quæ recensere longum foret, fuere spirituum opera calamitatum præsignificativa.

Nec quispiam putet acies in aere instructas esse tantum imagines rerum in terrâ gestarum: in superis Angliæ portentis multa in aeris scena repræsentabantur qualia nunquam tum temporis perpetrata fuere in campis aut montibus Angliæ, tympanorum sonitus multis audientibus clare perstrepebat: sonus non est imago visibilis; urna mortuorum, & tympanum bellicum scænam portentosam simul intrantia, Angliam bello & peste pariter plectendam præmonebant.

Quarto, ex omnium sæculorum testimoniis fide dignis angeli sunt: in confesso est in Anandia Scotiæ regione pagus nomine *Poden* (res satis cognita,) ubi multis annis elapsis genius loci familiaris se visibilem, & mire turbulentum domesticis præbet. Non ita pridem etiam paulo ante exarmationem militum Cromuallitarum in Gallovidia Scotiæ provincia ejusque villula quadam Glenluce textor quidam habitabat cujus domum nefarius spiritus infestabat, canora voce cum obviis colloquebatur, & non parum festivus fuit, multa etiam damna textori intulit, quare textor permotus ecclesiasticum Johannem Scotum qui illi parœchiæ præerat de hac re consulit, is autem cum aliquot fra-

vicinis textorem non paucas noctes invisit, & sermonem cum isto dæmone habuit, qui irrisorie semper ad interrogata respondens unquam tamen se ocularitèr præbuit, nisi semel manum specie horrendâ porrexit, hæc, inquit nefarius iste, est Patris mei manus: multa ejus gesta in incolarum memoriis adhuc recentia sunt.

Quid memorem tympanistam invisibilem qui familiam angli cujusdam Mompezon diu perturbavit. Anglorum annales hoc non sileptio præteribunt. Hic fuit lemur audibilis. Nonne spectrum etiam Johanni Dee Londinensi, qui initio regni Jacobi regis obiit, familiares & historiahujus rei amplo volumine paulo ante reditum Caroli secundi excusa est Londini, in qua ejusdem familiaritas cum spiritibus per viginti annos innotescit. Unanimis etiam sagarum confessio quæ tempora & loca conventuum cum satana, cum singulæ seorsim examinarentur, una voce idem fassæ sunt, & harum quædam lotrices erant linteorum, ab aliis quæ ab illa labe immunes erant, cũ omnes nocte vigilarent, eâdem horâ quam unanimiter nominarunt, discedere, & ante lucis exortum redire observatæ sunt. Sed supra omnia testimonium Divinum hoc extra controversiam ponit.

Quinto, Opus est etiam aliis causis quam luce, materia, & corpore vivente ad sublimia mundi negotia peragenda. Ordo creationis requirit ut sint creaturæ quæ Deum clarius conspiciant, quam mortalium chorus (qui tantum signa Dei intuetur) & plura possint, & noscant quam humani nubilitas attingit.

Sexto Ab oraculis veterum, per totum orbem

fere cælebribus (*n*) Delphico, Cumæo, Hamnonis Quercus Dodoneæ, et aliis quæ Christo Nato omnia obmutuere.

Septimo, A magia nefanda divinationum, κλειδομαντια κος κινομαντια, à carminibus & incantationibus quæ inter barbaros & syvestres etiam hodie vigent.

Octavo, A magis specularibus qui ope diaboli res amissas furto aut neglectu in speculo conspiciendas darent.

Nono, A prophetis qui angelorum visionibus fruiti sunt, ut Daniele qui Gabrieli familiaris fuit, et angelorum colloquiis sæpe interfuit.

Decimo, A dæmoniacis qui exoticas & externas linguas quas nunquam didicerunt extempore pronunciant, & cum dæmonium ex illis virtute Divina ejicitur, exotice loqui cessant.

Decimoprimo, A monumentis spirituum: illud memorabile est quod Bodinus narrat esse in monte Sacone uno Pyrænæorum, aram vetustam cui hæc verba insculpta sunt, *Nequis in monte Sacone* cujus altaris lapidem vel unum cum quis è suo loco dimoverit, statim ingens procella exoritur magnam perniciem et stragem incolis & villis inferens. Lacum insuper ibidem esse in quem siquis lapidem intorserit magnas ilico tempestates cieri. Quocirca peregrinantibus pænam capitis indictam esse, si vel lapides aræ istius attrectent, aut lacum quovis missili commoveant.

Decimosecundo, Ab extraordinario, occulæ cædis indicio cujusmodi exemplis historiarum libri referti sunt ubi actores & testes extramundani in judicium prodeunt coram tribunali terrestri. Decimo

Decimotertio, A medicina, quam idololatræ pontificii cerimoniarum observationibus à divis suis impetrant: unum inter alia exemplum Helmontius affert in remedio maniæ vel furibundæ insaniæ à Belgis Divo Huberto eâ de re supplicari.

Decimoquarto, A sceleratorum magorum invocationibus & evocationibus dæmonum qui per magiam eorum advocati præsto adsunt; quamvis callidus iste serpens non singulis invocatoribus auscultet, sed quosdam atheismo sibi laqueet: nam utrique (*n*) & atheismo, & magia diabolica exitia animarum machinatur.

Decimoquinto, A mutis qui spiritu divinationis possidentur, quorum hæc ætas est locuples testis.

Decimosexto, A somniis extraordinariis futura præmonstrantibus: Hæc enim à Deo aut angelo immittuntur. Omnes fere homines hæc aliquando experiuntur, & fateor si quid meum suffragium valeat, me quoque non semel his præmonitum fuisse.

Decimoseptimo ab isto mortalium genere quod eos reipsa videt, quibus genii hominum fata imminentia ocularitèr monstrant: fama fert integras hominum familias hac visionis acie præditas esse.

Decimooctavo, A quibusdam hominibus qui genio frequentantur. Socrates genio fræquentatus fuisse perhibetur, de quo genio Apuleius tractatum scripsit & hoc aiunt esse peculiare omnibus ex quadam familia boreali satis antiqua oriundis.

Decimonono, A pentaculis militum corpora munientibus, ut fertur, ab una teli sperie; sed non ab omni.

Neque prætereunda sunt spectra quæ obversari

solita

solita sunt fossoribus plumbi in montibus Scotorum intra Glottiam & Northamptonitis: quæ res ad synodum nationalem Scotorum delata fuit.

Liber cui titulus est *Lavater* de spectris, historias spiritnum copiose narrat.

C. Indignum est viros qui se somniarunt esse doctos calamo stricto spiritibus omni creaturarum orbe interdixisse, & spirituum nullitatem tam stolide quam impie nugatos fuisse. Hæc amentiæ lolia paulatim succrevere cum hic hominum furfur contra conscientiæ dictamen se atrocibus flagitiis inquinasset, ut furiarum aculeos & ignes evaderet omni industria argumenta conquisivit, ad spiritus declamandos & ad vim immortalitatis animarum inferendam, quo quietius vitam in peccatis transfigeret.

Quoad ordines, nomina, & officia angelorum à cabalistis conficta, sunt otiosorum delira commenta. De mutua visione, & loquela angelorum in tractatu animarum separatarum dictum est.

D. Potentia angelorum magna quidem est, permissu Dei, lucem & animam mundi concitando, corpora vastissima loco movendo in magnis terræ motibus, tempestates horridas terrâ mariq; ciere, ædes evertere, venenosas auras & pestem exitare, hominum corpora occupare, ut in dæmoniacis, sensus internos & externos organi & medii variatione decipere possunt.

E. Scientia eorum circa naturæ recondita non parva est, testes etiam occultorum facinorum, & consiliorum secreta pandunt, & furto sublata indicant. Prædicere etiam ex Astrologia, ex naturæ cursu, ex Scripturæ oraculis, & ex rebus divinitus sibi imperatis,

ratus, futuros eventus norum. Omnes gentium historias à principio mundi callent.

Bonorum autem angelorum præsentiâ beatificâ gaudentium scientia, & potentia sunt multo sublimiores & excelsiores.

F. Historia Thorelli Itali (qui seculo regis Ægyptiaci Saladini vixit) unius noctis spatio ex Ægypto in Italiam in soporem conjecti, & in lecto cubantis, à spiritibus delati apud historicos reperitur. Sed quomodo corpus mortale tam violento & veloci motu concitatum non exanimaretur disquiramus. Ingeniosum est inventum unius circuli mobilis alii transversum continentis, ut in pyxide nautica navi aptata videre est, ubi acus magnetica manet stabilis cum ipsa navis mari fluctuat. Eodem artificio candela in candelabro immota fulget cum globus candelabro circundatus volubiliter circum agitur: ergo corpus unum alteri incumbens à motus violentia protegitur. Præterea flamma potest aliquandiu sopiri, et postea reaccendi; oleum lini capsulæ infusum si inflammetur, capsulâ acetum occlusâ, flamma supprimitur, & quasi extinguitur, capsulâ postea recluså oleum denuo inflammatur. Corpus hominis sopitum quiescit, & lampas hominis à motu externo non perturbatur: Thorellus lecto fuit impositus et postea sopitus.

G. Est vulgo receptum pruritum nasi, cubiti, supercilii, buccæ plantæ pedis à genio vel spiritu tanquam monitum aliquod præmitti: at hic pruritus ex aeris temperie naturaliter oritur. Qui hæc pro præsagiis accipiunt sibi multas animi inquietudines pariunt; qui verò hæc ut pura naturalia intuetur à multo

to metu vexatione liberi est. De angelo custode pauca nobis in sacra pagina revelantur, nisi quod sancti à bonis angelis protegantur: et ut à malis servemur vigilemus et oremus.

Soli Unitrino Deo Gloria.

FINIS.